
TRACTATUS
HISTORICO-POLITICI,
in Quibus
AVREA BVLLA
CAROLI IV.
ROMANORUM IMPERATORIS
de Constitutionibus Imperialibus.
TRANSACTIO PASSA-VIENSIS, PAX RELIGIONIS
AUGUSTÆ ET PRAGÆ CONCLUSA.

NEC NON

RECESSVS ET COMITIA
IMPERIALIA GALLICÆ POLONICÆ SVE-dicæ Anglicanæ Hollandicæ Pacta Manifesta Edicta Pacis Articuli atque Præsentium Bellorum causæ comprehenduntur.



AD MAJOREM S. ROM. IMPERII, HORUM & SUPERIORUM TEMPORUM, ac omnium prope Historiarum cognitu Dignissimarum intelligentiam comparandam.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Sumptibus JOANNIS ANTONII KINCKII, BIBLIOPOLÆ. Anno 1657.
Cum Sacra Cæsareæ Majestatis Privilegio.



Anno Christi 1355.

CAROLI IV. IMPERATORIS AVGVSTI CONSTITUTIO.

DE INCORPORATIONE DVCATVVM Poloniæ & Silesiæ, & Marchionatus Lusatiæ, quod perpetuò Regno Bohemiæ sint indivisibiliter counita.

Uti Goldastus de Constit. Imperialibus fol. 345.

IN nomine Domini Sanctæ & individuæ Trinitatis. CAROLUS Dei gratia Romanorum Imperator Semper Augustus &c. ad perpetuam rei memoriam. Insignes laudabilis famæ titulos moderni temporis meretur gloriosa posteritas, si quod prædecessorum Illustrium circumspecta pridem instauravit provisio, vigilanti cura prosequitur, & gratæ solicitudinis munit officio, ut fructuosi laboris solertia perenni successorum commendentur memoriæ, & ex perfectione bonorum operum, quasi ex relucenti speculo vetustatis surget de felicibus mortuis felix memoria rediviva.

1. Sanè licet pridem recolendæ memoriæ Divus FRIDERICUS Romanorum Imperator Augustus, prædecessor noster, de singulari suæ benignitatis munere, claræ recordationis Illustri Uladislao quondam Boemiæ Duci, qui Regnum Bohemiæ ante coronationem suam regebat, & suis heredibus Bohemiæ Regibus censum de terra Poloniæ, quem antecessores ejus Duces Bohemiæ à Polonia multis temporibus accipere consueverant, quemque Poloniæ & Silesiæ Duces sacro Impe-

rio

rio solvere tenebantur, prout in literis Imperatoris præfati evidenter exprimitur, liberaliter duxerit erogandum. Ipsi quoque Duces Poloniæ & Silesiæ eundem censum Illustribus progenitoribus, & prædictis nostris Bohemiæ Regibus, in signum subjectionis debitæ, & in recognitionem sui superioris Domini, ritè persolverint multis temporibus retroactis: tamen ad abundantius cautelæ præsidium, tractu temporis dicti Duces suorũ heredum & successorum nomine atque vice, Principatus, terras ac dominia sua: à claræ memoriæ Illustri Joanne quondam Bohemiæ Rege, genitore nostro carissimo defuncto, & à Corona Regni Bohemiæ præstiterunt solemnitatis, obedientiæ, homagii, subjectionis & fidelitatis debitæ juramenta corporalia.

2. Et licet insignis Ducatus Uratislaviensis & Silesiæ, cum suis omnibus pertinentiis, ad utilem & immediatum Dominum Illustrem quondam Bohemiæ Regem, progenitorem nostrum, & Coronam Regni Bohemiæ spectaverit ab antiquo, sicut hoc literæ recolendæ memoriæ Domini RUDOLPHI, Romanorum Regis, prædecessoris nostri, ostendunt. In quarum prima quandam ordinationem inter Illustrem Ottocarum quondam Bohemiæ Regem, proavum nostrum carissimum ex una, & Henricum Ducem Uratislaviensem parte ex altera: videlicet quòd dictus Ottocarus Rex eidem Henrico Uratislaviensi & Silesiæ Duci, in casu, si Ducem præmori contigerit, in præmisso Ducatu Uratislaviensi & Silesiæ, terris, & omnibus dominiis suis deberet succedere, per se factum adserit, & in sede ipsarum dicto Henrico Duci jam sublato de medio, prædictum Regem Ottocarum, heredes & successores suos, Reges Bohemiæ, de Ducatu Uratislaviensi & Silesiæ, terris & dominiis præfatis, tanquam actu vacantibus, propter multa grata servitia, quæ Illustres

 Bohe-

Bohemiæ Reges sacro Romano Imperio fecerant, solenniter investivit, lucidius attestantur; tamen Illustris quondam Joannes Bohemiæ Rex, genitor noster præfatus, cum Henrico septimo & ultimo Uratislaviæ & Silesiæ Duce, sororio nostro, dum uterque ipsorum vitam ageret in humanis, quandam ordinationem iniit & tractavit; videlicet quod dictus Dux Henricus terram & districtum Glacensem cum vasallagiis, feudis, dominiis & aliis omnibus pertinentiis suis, de consensu dicti genitoris nostri, ad vitæ duntaxat tempora habere deberet, ut tamen eo moriente, Ducatus sui, puta Uratislaviensis & Silesiæ, ad prędictum Glacense dominium, ad usum & possessionem genitoris nostri, heredum & successorum ipsius Regum, & Coronæ Regni Bohemiæ, sine difficultate qualibet revenirent. Sic hoc processu dierum ad finem devenit intentum. Eoque dictus genitor noster, dum viveret, moriente Duce præfato, Ducatum Uratislaviensem & terram Glacensem præfatam tenuit & possedit, & nos utrumque de præsenti, velut Bohemiæ Rex, in possessione tenentes, utrobilibet dominamur.

3. Et quamvis Marchia Budisinensis & Gorlicensis, quæ cum cæteris civitatibus, oppidis & pertinentiis suis ad Regnum & Coronam Bohemiæ ab antiquo pertinuerunt, per Illustrem Ottocarum quondam Regem Bohemiæ, proavum nostrum, in personas quondam Illustrium Brandenburgensium Marchionum, ex certis causis & rationibus alienata fuerit: aliquando tamen Marchionibus prædictis, absque sexus masculini heredibus, decedentibus ex hac vita, Nobiles, Milites, Clientes, cives, universique incolæ Marchiæ Budisinensis & Gorlicensis præfatæ, animadversione debita cognoscentes, qualiter ad Coronam & Regnum Bohemiæ, tanquam ad immediatum & naturalem Dominum dudum pertinuerant, ad subjectionem & obedientiam Illustris Joannis quondam

dam Bohemiæ Regis, Genitoris nostri, tanquam ad ordinarium, legitimum & naturalem dominū suum, & ad Coronam Regni Bohemiæ, de cujus gremio jam dudum constiterant, ut præfertur, deliberatione non improvida redierunt.

4. Nos igitur indefessam solicitudinis operam, & diligentiam exquisitam, quam sæpedicti proavus, pater, ac progenitores nostri carissimi, quondam Bohemiæ Reges, ad obtinendum subjectionis vasallagium, & obedientiam Illustrium Silesiæ & Poloniæ Ducum, videlicet Lignicensis, Brigensis, Munsterbergensis, Olsnensis, Glogoviensis, Saganensis, Opuliensis, Falckenburgensis, Strelicensis, Teschinensis, Tolsnensis, Buthuniensis, Sternaviensis, Osuetiensis: Principatus Massoviæ, & Ducatus in Plotzka, Principum & fidelium nostrorum; Principatus seu Ducatus Uratislaviensis & Silesiæ: nec non civitates, videlicet Uratislavia, Novum forum, Franckenstein, Stinaviam, Goravv, & mediam partem Glogoviæ & pertinentiarium ipsius: & etiam Budisiensem & Gorlicensem Marchiam, ut præfertur, non absque magnis impensis & infinitis laboribus habuerunt, in nostræ Majestatis acie continuò revolventes, ut virtutum ipsorum frequentia, & solicitudo laborum, præteriti sub felice nostro regimine solidetur, sicut dudum de plenitudine Romanæ Regiæ potestatis statuendum duximus, ita & nunc ex certa scientia statuimus de nostræ Imperialis plenitudine potestatis, quòd omnes supradictæ sententiæ, & Clementiæ Imperialis & Regalium literarum, quas ad probatianem dictarum intentionum adduximus, semper & ubique in judicio & extra, & in singulis actibus publicis & privatis, quotiens tenorem præsentium legi & publicari contigerit ejusdem efficaciæ, vigoris & auctoritatis existant ac si in signis propriis originalia viderentur, & præcipuè cum eadem originalia per nos ac nonnullos sacri Imperij Principes, Barones, Proceres,

auſcultata & examinatà fuerunt diligenter; & demum communicato ſuper omnibus præmiſſis nõnullorum ſacri Imperii Principum, Baronum & Nobilium conſilio ſpeciali, præd. ctis omnibus de verbo ad verbum, prout ſuperiùs exprimitur, intellectis, & in examine deliberatè & providè diſcuſſis adductis, ne ex interpretatione ſiniſtra quorumlibet, noſtris heredibus & ſucceſſorũ noſtrorum Regum Bohemiæ, & Coronæ Regni ejuſdẽ, juribus, hominibus & ſtatui valeat in poſterum derogari · auctoritate Imperiali dictos Sileſiæ Poloniæ,& cæteros prædictos Duces, noſtros Principes & vaſallos, cum Principatibus, feudis & vaſallagiis ipſorum, præſertim cum à Corona Regni præfati immediatè dependeant: dictum quoque Ducatum Uratislavienſem, cum civitate Uratislavia, Noviforenſi, Franckenſtain, Stinavienſi, Gorenſi, Glogovienſi,& cæteris oppidis ibidem: necnon Marchiam Budiſinenſem & Gorlicenſem, cum vaſallis, vaſallagiis, feudis,feudatariis, utilitatibus, fructibus,obventionibus,juriſdictionibus judiciis, honoribus, juribus, conſuetudinibus, & omnibus dictorũ Ducatuũ & Marchiæ pertinẽtiis, velut utile & immediatum dominiũ noſtrũ,& Regni Bohemiæ præfati,eidem Regno, & ejus felici Coronæ, in perpetuum adjungimus,incorporamus,inviſceramus,adſcribimus, adpropriamus, & indiviſibiliter conjungimus,counimus.

5. Speciali etiam ex nomine intepretamur, pronuntiamus, diffinimus, proteſtamur, & dicimus, ac de certa noſtra ſcientia declaramus, quòd præfati Duces Sileſiæ & Poloniæ, hæredes & ſucceſſores ipſorum, in perpetuum, quotiens Ducatus eoſdem aut alterum ex eis vacare contigerit, ipſos vel ipſum à nobis, heredibus & ſucceſſoribus noſtris Boemiæ Regibus,& Coronæ Regni ejuſdem, homagii, obedientiæ, fidelitatis & ſubjectionis debitæ teneantur ac debeant præſtare & facere corporalia iuramenta, ſupplentes omnem defe-

ctum,

ctum, si quis in literis vel privilegiis dictorum Imperatorum & Regum Romanorum memoriæ recolendæ, aut etiam ordinatione seu tractatu dicti Genitoris nostri, quem cum præfato Henrico septimo & ultimo Uratislaviensi & Silesiæ Duce habuisse dignoscitur, seu in reditu Nobilium, Militum, clientum, civium & incolarum Budisinensis & Gorlicensis Marchiæ, quò ad Regnum Bohemiæ, ut præmittitur, ex causis legitimis redierunt, vel in præsentibus nostris literis verborum defectus, interpretatione dubia, sententiarũ obscuritate, vel alia quavis occasione, compertus fuerit, de certa nostra scientia, ac de prædicta Imperialis plenitudine potestatis, non obstantibus legibus, consuetudinibus, usibus, observantiis, juribus municipalibus vel communibus, statutis seu edictis publicis, vel privatis, factis & editis in contrarium, quibuscumque, quas & quæ, quantum adhæc, ac si nominatim de verbo ad verbum præsentibus inscripta & inserta consisterent, etiamsi de his jure vel consuetudine deberet fieri mentio specialis, revocamus, cassamus, irritamus, annihilamus, & de prædictæ Imperialis potestatis plenitudine decrevimus firmitatis fore nullius penitus & momenti.

6 Nulli ergò hominum liceat hanc nostræ adjunctionis, appropriationis, conjunctionis, incorporationis, invisecerationis, adscriptionis, interpretationis, pronuntiationis, diffinitionis, protestationis, declarationis, discreti defectus, suppletionis, revocationis, cassationis, irritationis & annihilationis paginam infringere. Contrarii verò facientes, si qui fuerint, quod absit, ultra indignationem nostræ Celsitudinis, quam ob hoc se noverint incursuros, mille marcas auri puri nostro & Romani Regni Fisco componant: ipsarum videlicet medietatem nostræ seu successorum no-

strorum Curiæ seu Cameræ, reliquam passis injuriam irremissibiliter applicandam.

Signum Serenissimi Principis ac Domini, Domini CAROLI Quarti Romanorum Imperatoris, Semper Augusti.

Testes hujus sunt;

Venerabilis Ernestus Pragensis Archiepiscopus

Illustris Rudolphus Senior Dux Saxoniæ, sacri Imperii Archimarschallus, avunculus noster.

ac Venerabiles { Protzlaus Uratslaviensis, Cancellarius Aulæ nostræ, Johannes Olmicensis, Johannes Luthoniensis. Theodoricus Mindensis, Henricus Ludumensis, } Episcopi

Illustres { Rudolphus Junior Saxoniæ & Joannes Opaviæ } Duces

Spectabiles { Burghardus Magister Curiæ nostræ, Burggravius Magdeburgensis, & Albertus de * Anthal. } Comites.

* f. Anhalt

& Nobiles { Johannes de Rosenberg, Johannes de Sternberg, Ztrincko de Hasenberg, Gonflaus de Schvvanberg, Butzko de Constat, Dionysius de Romnitz, & Ulricus de Visa.

& alii quam plures nostri fideles, præsentium sub Bulla Aurea Datum Pragæ, Anno Domini 1355. Indictione octava, 7. Idus Octob.

INFRA

INFRA SCRIPTÆ LITERÆ SUNT OBTENTÆ A Principibus Electoribus in Solenni Curia Imperiali in Nuremberg.

GERLACUS ARCHIEPISCOPUS Moguntinensis, tanquam Princeps Elector, confirmat incorporationem & declarationem Domini CAROLI *Imper. factam super Ducatibus Poloniæ & Silesiæ, & Marchionatu utriusq; Lusatiæ.*

NOs GERLACUS Dei gratia sanctæ Moguntinensis Sedis Archiepiscopus, & S cri Imperii per Germaniam Archicancellarius, ad perpetuam rei memoriam Serenissimus ac invictissimus Princeps & Dominus, Dominus CAROLUS divina favente clementia Roman. Imper. Semper Augustus & Boëmiæ Rex, Dominus noster gratiosus, provida sua circumspectione advertens, qualiter insignes & laudabiles famæ titulos moderni temporis meretur gloriosa posteritas, quod Prædecessorum Illustrium circumspecta pridem instauravit provisio, vigilanti cura prosequitur, ac gratæ sollicitudinis munit officio, ut fructuosi laboris solertia, perenni successorum commendetur memoriæ, & ex consequentia bonorum operum quasi ex relucenti speculo vetustatis resurgat de felicibus mortuis felix memoria, rediviva.

2. Licet pridem recolendæ Serenissimus Princeps, Dominus FRIDERICUS Rom. Imp. Semper Augustus, prædecessor præfati Domini nostri Imperatoris, de singulari benignitate claræ recorda-

tionis, Illustri Principi Domino Wenceslao quondam Bohemiæ Duci, qui Regnum Bohemiæ ante coronationem suam, tegebat, & suis hæredibus Regibus Boemiæ, censum de terra Poloniæ, quem antecessores ejus Duces Boemiæ à Polonia multis temporibus accipere consueverunt, quamque Poloniæ & Silesiæ Duces sacro Imperio solvere tenebantur, prout in literis Domini Friderici Imper. præfati evidenter exprimitur, liberaliter duxerit erogandum, ipsi quque Duces Poloniæ & Silesiæ eundem censum illustribus progenitoribus & prædecessoribus prædicti Domini nostri Imperatoris in Regno Boemiæ, eisdem Regni Boemiæ Regibus in signum subjectionis, & in recognitionem sui superioris dominii ritè persolverit multis temporibus retroactis: tamen ad abundantius cautelæ præsidium, tractu temporis dicti Duces, suo, herēdum & successorum suorum nomine ac vice, principatus, terras ac dominia à claræ memoriæ Illustri Principe Domino Joanne quondam Boemiæ Rege, genitore dicti Domini nostri Imperatoris; dum viveret, & demum ab eodem Domino nostro Imperatore CAROLO, tanquam Boemiæ Rege, præfato ipsius genitore defuncto, & à Corona Regni Boemiæ, in feudum cum solēnitate debita susceperunt, dictoque Domino Imperatori, ac ipsius genitori, dum viveret, tanquam Boemiæ Regibus, & Coronæ Regni Bohemiæ, præstiterunt solemniter obedientiæ, homagii, subjectionis & fidelitatis debitæ corporalia juramenta.

3. Et licet insignis Ducatus Uratislaviæ & Schlesiæ, cum suis omnibus pertinentiis, ad utile & immediatum dominium Illustrium quondam Boemiæ Regum, progenitorum & prædecessorum antedicti Domini nostri Imperatoris, & Coronam Regni Bohemiæ spectaverit ub antiquo, sicut hoc literæ recolendæ memoriæ Serenissimi Principis Domini RUDOLPHI quondam Romanorum Regis,

gis, prædecessoris dicti Domini nostri Imperatoris, in quarum prima quandam Ordinationem inter Illustrem Principem Dominum Ottocarum quondam Boemiæ Regem, proavum ipsius domini nostri Imperatoris ex una, & Dominum Henricum Ducem Uratislaviensem parte ex alterâ; videlicet, quòd dictus Rex Ottocarus eidem domino Henrico Uratislaviensi & Silesiæ Duci, in casu, si Ducem præmori contingeret, in præmisso Ducatu Uratislaviensi & Schlesiæ terris, & omnibus dominiis suis, succedere, pro se factum adscrit. Et in secunda ipsarum dicto Domino Henrico Duce jam sublato de medio, prædictum Regem Ottocarum, heredes & successores ipsius, Boemiæ Reges, de Ducatu Uratislaviensi & Silesiæ terris & dominiis præfatis, tanquam actu vacantibus, propter multa grata officia, quæ Illustres Boemiæ Reges sacro Romano Imperio fecerant, solemniter investivit, lucidiùs attestantur. Cum Illustris quondam Joannes Boemiæ Rex, genitor dicti Domini nostri Imperatoris præfatus; cum Illustri Domino Henrico VII. & ultimo Uratislaviensi & Schlesiæ Duce, sororio ipsius Domini nostri Imperatoris; dum uterque ipsorum vitam ageret in humanis, quandam Ordinationē iniit & tractavit, videlicet quòd dict⁹ Dux Henricus terrā & districtum Glacensem, cum vasallagiis, feudis, dominiis & omnibus pertinentiis suis, de consensu genitoris dicti Domini nostri Imperatoris, ad vitæ suæ duntaxat tempora habere deberet, ut tamen eo moriente Ducatus sui, Uratislaviensis & Schlesiæ, ad prædictum dominium Glacense, ad usum & possessionem dicti genitoris Domini nostri Imperatoris, heredum & successorum ipsius, Regum Bohemiæ, & Coronæ Regni ejusdem sine difficultate qualibet revenirent, sicut hoc processu dierum ad finem pervenit intentum: eo quòd prædictus Rex Joannes, præfati Domini nostri Imperatoris genitor, dum viveret, moriente Du-

ce præfato, & Ducatum Wratislaviensem & terram Glacensem præfatam tenuit & possedit, & ipse Dominus Imperator de præsenti, veluti Bohemiæ Rex possessionem tenens utrobilibet dominatur.

4. Et quamvis Marchia Budisinensis & Gorlicensis, quæ cum cæteris civitatibus: oppidis & pertinentiis suis ad Regnum & Coronam Bohemiæ ab antiquo pertinuerunt, per Illustrem Dominum Ottocarum quondam Bohemiæ Regem, proavum dicti Domini nostri, in personas Illustrium Principum & Dominorum quondam Brādenburgensium Marchionum, ex certis & rationabilibus causis, alienatæ fuerant; aliquando tamen Dominis Marchionibus prædictis, absque heredibus sexus masculini decedentibus ab hac vita, Nobiles, Milites, Clientes, Cives, & universi incolæ Marchiæ Budisinensis & Gorlicensis præfatæ, animadversione debita cognoscentes, qualiter ad Regnum & Coronam Bohemiæ, tanquam ad immediatum & naturale dominium dudum pertinuerant, ad subjectionem & obedientiam dicti Illustris Domini Johannis quondam Boemiæ Regis, genitoris antedicti Domini nostri Imperatoris, tanquam ad ordinarium, legitimum & naturalem Dominum suum, & ad Coronam Regni Boemiæ, de cujus gremio dudum constiterant, ut præscribitur, deliberatione non improvida redierunt.

5. Supradictus itaque Dominus noster CAROLUS Imp. exquisitam diligentiam & sollicitudinem, quam sæpedicti proavus, pater & progenitores sui quondam Boemiæ Reges, ad obtinendū subjectione, vasallagium & obedientiam Illustriū Principum Dominorum Schlesiæ & Poloniæ Ducum, videlicet Lignicensis, Brigensis, Munsterbergensis, Olsnensis, Glogoviensis. Saganensis, Oppoliensis, Falckenbergensis, Strelicensis, Tessiensis, Gozlensis, Butinensis, Stinaviensis, & Osuicen-

ſuicenſis ; Principatus Maſſoviæ , & Ducatus in Plotzk, Principum & fidelium ejuſdem Domini Imperatoris, tanquam Regis Bohemiæ: Principatus ſeu Ducatus Uratislavienſem & Schleſiæ : nec non civitates, videlicet Uratislaviam, Novum forum, Franckenſtein: Stinaviam, Sorovv, Glagoviam, Nambslaviam, & pertinentiarum ipſarum : & etiam Budeſinenſem & Gorlicenſem Marchiā, ut præfertur, non abſque magnis impenſis, & infinitis laboribus habuerunt, in ſua mentis acie, intima meditatione revolventes, ut virtutis ipſorum frequentia, & ſicut dudum cum plenitudine Romanæ Regiæ poteſtatis ſtatuendum duxerat, ita & nunc ex certa ſcientia ſtatuit, & de ſuæ Imperialis plenitudine poteſtatis, quod omnes ſupradictæ ſententiæ & clauſulæ Imperialium & Regalium literarum, quas ad probationem dictarum intentionum adduxit, ſemper & ubique in judicio & extra, & in ſingulis actibus publicis & privatis, quoties tenorem præſentium legi ſive publicari contigerit, ejuſdem efficaciæ, vigoris, & auctoritatis exiſtant, ac ſi in figuris propriis originalia viderentur: eò præcipuò, cum eadem originalia per eundem Dominum Imperatorem, nos ac nonnullos ſacri Romani Imperii Dominos, Principes, Barones, Proceresque auſcultata & examinata fuerint diligenter: ac demum communicato per eundem dictum Dominum noſtrum Imperatorem ſuper omnibus præmiſſis, noſtro & nonnullorum ſacri Imperii Principum , Baronum & Nobilium conſilio ſpeciali, prædictis omnibus de verbo ad verbum, prout ſuperiùs exprimuntur, & in examen deliberatæ & providæ diſcuſſionis adductis, ne ex interpretatione ſiniſtra quorumlibet prædicti Domini noſtri Imperatoris , tanquam Regis Boëmiæ, hæredum & ſucceſſorum ſuorum, Regum Boemiæ, & Coronæ Regni eiuſdem, juribus, honoribus & ſtatui valeat in poſterum derogari, ipſe Dominus Imperator auctoritate Imperiali

riali dictos Schlesiæ & Poloniæ & cæteros prædictos Duces, ipsius tanquam Regis Boemiæ Principes & vasallos, cum Principatibus, feudis & vasallagiis ipsorum præsertim cum à Corona Regni immediatè dependeant: dictum quoque Ducatum Uratislaviensem, cum civitate Uratislavia, Noviforensi: civitates Franckenbergensem, Stinaviensem, Gorensem, Glogoviensem, & cætera oppida ibidem: necnon Marchiam Budesinensem & Gorlicensem, cum vasallis, vasallagiis, feudis, feudatariis, utilitatibus, fructibus, obventionibus, jurisdictionibus, judiciis, honoribus, juribus, consuetudinibus, & omnibus dictorum Ducatuum & Marchiæ pertinentiis, velut utile & immediatum dominium suum, & Regni Boemiæ præfati, eidem Regno & ejus felici Coronæ, in perpetuum, nostro & aliorum Dominorum Principum Electorum accedente consensu, adjunxit, incorporavit, inviscerravit, adscripsit, appropriavit, indivisibiliter & inseparabiliter counivit.

6. Specialiter etiam & ex nomine prædictus Dominus noster Imperator interpretatus est, diffinivit, pronuntiavit, protestatus est, & dixit, ac de certa scientia sua declaravit, quod præfati Duces Silesiæ & Poloniæ, heredes & successores eorum in perpetuum, quotiens Ducatus eosdem, aut alterum ex eis vacare contigerit, ipsos vel ipsum à præfato Domino nostro Imperatore, tanquam à Rege Bohemiæ, ac heredibus & successoribus suis Boëmiæ duntaxat Regibus, & à Corona Regni Boëmiæ præfati absque renitentia seu difficultate in feudum teneantur suscipere, dicto Domino Imperatori tanquam Regi Boemiæ, heredibus & successoribus suis Boëmiæ Regibus, & Coronæ Regni ejusdem, homagii, obedientiæ, fidelitatis & subjectionis debitæ teneantur & debeant præstare & facere corporalia juramenta. Supplevit etiam præfatus Dominus noster Imperator omnem defectum, si quis in literis & privilegiis,


legiis, aut etiam ordinatione ſeu tractatu dicti Genitoris, quem cum præfato Domino Henrico VII. & ultimo Uratislavienſi & Sileſiæ Duce habuiſſe dignoſcitur; ſeu in reditu Nobilium, Clientum, Militum, Civium, incolarum Budiſinenſis & Gorlicenſis Marchiæ, qui ad Coronam Regni Bohemiæ, ut præmittitur, ex cauſis legitimis redierunt; vel in conſiliis, tenore, literis ſuis, verborum defectu, interpretatione dubia, ſententiarum obſcuritate, vel alia quavis occaſione compertus fuerit, de certa ſua ſcientia, ac de prædictæ Imperialis plenitudine poteſtatis, non obſtantibus legibus, conſuetudinibus, uſibus, obſervantiis, juribus municipalibus vel communibus, ſtatutis ſeu edictis, publicis vel privatis, factis & editis in contrarium quibuſcunque quas & quæ, quantum adhæc, ac ſi nominatim de verbo ad verbum ſuis literis inſcripta & inſerta conſiſterent, etiamſi de his jure vel conſuetudine deberet fieri mentio ſpecialis, revocavit, caſſavit, irritavit, annihilavit, & de dictæ Imperatoriæ poteſtatis plenitudine decrevit firmiter, fore nullius penitùs momenti.

7. Inhibuit etiam præfatus Dominus noſter Imperator Carolus, quòd nulli hominum liceat ſui Imperialis indulti ſuper præmiſſa editi paginã infringere, ſeu ei quovis auſu temerario contraire. Et voluit auctoritate ſua contrafacientes quoslibet pœnam mille marcarum puri auri incurrere, & earum medietatem fiſco Romani Imperii, reſiduam verò Regni Boemiæ & ſucceſſorum ſuorum Cameris irremiſſibiliter applicari, ſicut in originalibus literis dicti Domini noſtri Imperatoris, quas ſub Bulla Aurea, typario ſuæ Majeſtatis deſuper erogaſſe dignoſcitur, pleniùs & diſtinctius eſt expreſſum.

8. Nos igitur, qui ſuprà, Gerlacus Sedis Moguntinenſis Archiepiſcopus, ex iiſdem rationabilibus & evidentibus cauſis, quibus antedictus

Sere-

Serenisſimus Princeps, Dominus noſter Imperator CAROLUS, circumſpecta ſua providentia motus dignoſcitur,& ex omnibus prædictis,tanquam ex motivis legitimis,ſacri Romani Imperii ſtatum & augmentum proſpicientibus, propenſiùs animati, ſupradictis adjunctioni, incorporationi, adſcriptioni, adpropriationi, communioni, interpretationi, pronunciationi, diffinitioni, proteſtationi, declarationi, decreto, defectuum ſuppletioni, revocationi, caſſationi, irritationi, annihilationi, pœnarum adjectioni, & omnibus aliis, quæ expreſſantur, aut ſunt expreſſata ſuperiùs, velut Archiepiſcopus Moguntinenſis, ſacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius, & Princeps Elector, animo deliberato, & ſano procedente conſilio,noſtrum benevolum conſenſum & aſſenſum præſentibus adhibemus; ac ſupradicta omnia, & eorum quodlibet, ſingulaque in omnibus ſuis tenoribus,ſententiis, punctis & clauſulis de verbo ad verbum, prout ſuprà evidenter expreſſa, ex officii noſtri debito, laudamus, approbamus, & de certa noſtra ſcientia confirmam* pleniſſimè perpetuis temporibus valitura; præſentium ſub noſtro ſigillo teſtimonio literarum. Datum in Nurnberg Anno Domini MCCCLV. in die beatæ Luciæ Virginis.



PAX REGIA PUBLICA aliàs PROFANA. vulgò der Land-Friede/

Quam 1495. *erigit* Wormatiæ, & *declarat* Auguſtæ 1500. *confirmat* Coloniæ *ac* Treviris 1512. Maximilianus I. *Repetit augetque multis articulis* Carol. V. Wormatiæ 1521. *Auctam renovat* Norimbergæ 1522. *ſub incudem revocat* Auguſtæ 1548. *tandemque confirmat* 1551. *Item ſequentes Imperatores.*

Hujus famoſæ pacificationis, quia crebra mentio; opere pretium, eandem huc transferre judicavimus.

Nos Maximilianus &c. omnibus ac ſingulis noſtris ac Sacri Imperii Electoribus &c. gratia noſtra & omne bonum.

CUm prius ad oneroſam Sacri Romani Imperii Regiam Majeſtatem electi, & jam tum evecti ad adminiſtrationem, prævideriimus crebras invaſiones in Chriſtianitatem, nunc per longum temporis intervallum continuatas, per quas multa regna, ac terrarum Chriſtianarum dominia Infidelium obedientiæ ſubjecta, adeò quidem, ut eorum vires ac imperium, ad ipſa uſque confinia Teutonicæ Nationis, Romani Imperii extenſa, ad hæc etiam hoc tempore magnas aſſumpſerunt, vires ſanctiſſimo Patri noſtro Papæ, ac Romanæ Eccleſiæ, civitatibus, regionibus, Eccleſiaſticorum bonis, aliis etiam Romani Imperii regionibus & territoriis ſatis graves, unde non ſoli Romano Imperio, ſed & toti Chriſtianitati difficiles imminutiones, detruncationes, devaſtationes, cum animarum, honorum, ac dignitatum jactura exorituræ, niſi gravi

deliberatione, ac maturo consilio his obviam eatur, ad promotionemque *firma constans* ac *publica pax*, & justitia *Imperii* ordinata firmiter manuteneatur. Quapropter unanimi maturo consilio Reverendorum Illustrium nostrorum Dilectorum, Cognatorum, Electorum, Principum, Ducum Ecclesiasticorum ac sæcularium, Antistitum Comitum, Dominorum ac Statuum, per sacrum Imperium, & Germanicam Nationem, universalem pacem suscepimus, ereximus, ordinavimus ac fecimus, erigimus, ordinamus conficimus ac promulgamus in, & ex virtute harum literarum: hoc modo

§. Pax esto publica.

Ut ab hoc tempore hujus publicationis, nemo cujus dignitatis status ac conditionis, alteri diffidationem, bellumve denunciet inferatve, eum spoliet, capiat, invadat, obsideat, idque nec per se ipsum, nec per alium quempiam suo nomine. Nec etiam arces urbes, fortalitia, oppida, villas, curtes civitates expugnet, aut contra alterius voluntatem, vi factoque temerè præripiat, vel periculosè incendiis aliisque ejus generis viis, damnificet. Nemo etiam ejusmodi facientibus, consilium auxiliumque, quocunque etiam modo assistentiam, & tutelam præstet: scienter, aut dolosè, hospitiis excipiat, commeatum mensamve præbeat, detineat, vel toleret: sed, si quis in alium actionem habere autumaverit, eundem conveniat in locis, & coram judiciis, ubi res ex antea, nunc, aut in futurum ex *ordinatione* Cameralis *judicii* expedientur, aut deinceps, ordine expediendæ fuerint.

§. Abrogator omnis diffidatio.

Desuper omnes publicas diffidationes, per totum imperium abrogavimus cassavimusque, abrogamus & cassàmus etiam easdem ex Romano-Regiæ potestatis, plenitudine, & harum litterarum virtute.

§. Pacifragorum pœna.

Si qui, cujuscunque dignitatis statusve contra unum vel plura proximè prædictorum articulorum egerint, vel agere conarentur, iidem ipso facto de Jure præter alias pœnas, in nostrum, & sacri Romani Imperii

etii *bannum* inciderunt: quos, ut tales etiam, in nostrum, & sacri Imperii *bannum* declaramus, ita quidem, ut eorum corpora, & bona cuilibet prædæ sint impunè, ac nemo hac ex causa temerè aut violenter agere possit ac valeat. Ad hæc omnes literarum *obligationes*, pacta aut fœdera ipsos spectantia, quorum nomine, actionem habere potuerunt, erga obligatos, cassa, nulla ac mortua sunto. *Feuda* etiam, quotquot Transgressor utitur, cedunto Domino, qui minime tenetor hæc, vel eorum partem, quoad pacis Violator vixerit, ei vel aliis feudi hæredibus concedere, vel iisdem partem emolumentorum relinquere.

Si etiam Electores, Principes, Prælati, Comites, Domini, Equites, Urbes, vel alius cujuscunque etiam status, dignitatis ac conditionis, Ecclesiasticus vel sæcularis, aut sui, contra pacem hanc patiantur, neque Author notorius, sed tamen *in suspicionem* aliquis veniat *violentam*, nec Querelantes probare velint aut possint, eo casu liceat Læso, Electori &c. Violatorem, vel Violatores citare, & coram se ad *excusationem* cum juramento dandam convocare. Atque si ipse, vel ipsi suspecti excusationem pacis factæ, aliqua ex parte detrectent, vel ad diem præfixam *non compareant*, pœnarum pacis fractæ Rei habentor, & postmodum contra eosdem per executionem proceditor, is tamen Elector, Princeps, &c. illi, vel iisdem *salvum conductum* perscribito necessarium, ac sufficientem citationi. Quæ quidem *citatio* si nequeat iis coram insinuari, duobus aut tribus in locis affigitor ubi probabiliter, vel morari vel agere habent; Quod si quis etiam contra hanc pacem, nostrumque mandatum *spolietur*, damnum patiatur, invadaturve omnes in continenti, vel qualitercunque desuper eruditi, *in- & persequuntor*, sedulæque severitate contra tales Damnificatores procedunto, &, velut de propria sua re recuperanda, agunto.

§. Si Pacifractor occultus, aut de eo tantum suspectus.

Nemo etiam ejusmodi Facinorosos, pacisque Violatores suam in domum assumito, hospitio excipito

§. Pacifractores, & ejusmodi Patratores non fovendi.

pito, protegito sua in juris dictione, possessione, & territorio, sed eosdem captivato, serio ex officio judicato, & ad cujuscunque querelas, absque mora adversus eos assistito contra quæ eosdem non muniat ac defendat, indultum ullum, securitas, privilegium, aut salvus conductus: etenim horum omnium, absque consensu contrariæ partis, *incapaces* nullatenus iisdem fruuntor, nos etenim in omnibus indultis, securitatibus, protectionibus, & conductibus, à quocunque condendis, ejusmodi pacis fractionem exceptam, nec in iis comprehensam volumus.

§. De Receptore Pacifractorii. Quod si Violatores pacis, refugium, munimen *protectionem* vel favorem habuerint, ita ut sumptuosum auxilium, vel militaris appatatio necessaria; si quis item publica hac pace comprehensus cujuscunque etiam status, dignitatis, vel conditionis Ecclesiasticus vel sæcularis, vel non comprehensus, accusetur, vel alias damnum inferens deprehendatur, actores vel Damnificatores hospitio excipiat, retineat, vel iis auxilium ferat, id ipsum per læsos, aut etiam per nostrum Judicem Cameræ, ad nos, vel nostros Vicarios, atque ad annuam Electorum, Principum, Statumque Imperii congregationem, refertor, ut ibi bello, aut damno gravatis, auxilium, assistentia, defensiove fiat: sin verò expeditio militaris, vel alias, annuam congregationem non patiatur exspectare, damus hisce nostro *Iudici Camerali* potestatem, nostra è parte, nos & Electores, Principes, & Status mature oportunum in locum conscribendi, quo nos, & ii, vel nostri, & eorundem Mandatarii personaliter venire, vel cum potestate mittere, desuper ut supra positum consulendi, & cum potestate agendi gratiâ, volumus & tenebimur. Nihilo tamen minus procedito noster *Cameræ Iudex* omni tempore, & ad invocationem, damnum, aut bellum passorum, vel ex officio contra Transgressores, & pacis ruptores, uti juris est.

Et quia multi Equites, Pedítesque, vel nullius omnino, vel certè non actuali, aut ad votum Dni servitio illigati, *Exleges* per provincias terrasque vagantur, pro libitu, suumque in commodum ubique piscantur, ordinamus, constituimus, ac volumus, ut post hac tales *Itinerantes vagique* in Imperio nullatenus tolerentur, retineanturque, sed ubi locorum deprehensi, carceri ac judicio, examinique rigido, ac denique condignis delicto pœnis subjiciantur, atque ad minimum bonis exuantur suis, cautioneque ipsi etiam jurata constringantur;

§. *De privatis grassatoribus.*

Ubi *Ecclesiastica personæ* (quod minimè speramus) contra hanc nostram pacem ac mandatum egerint, Prælati, immediata quibus competit in eos jurisdictio ordinaria, implorati à Læsis indilate astringunto ad damni sarturam, si solvendo sint, severèque pro peccato puniunto. In hoc vero passu *Negligentes* una cum Transgressoribus, hisce, tam nostra quàm Imperii gratia, protectione, ac defensione in adversitatibus privamus, velut pacis Turbatores, permisso tamen iisdem excusationis beneficio, sicut supra sæcularibus, pro casu suspicionis. Adversus etiam hanc constitutionem nemo scripto, obligationibus, aliave via urgetor, tempore hujus pacis, nos enim illud omne ex Regia nostra potestate, nullius roboris ac virtutis futurum agnoscimus & denunciamus; sine præjudicio tamen, læsione, ac damno aliarum particularum, punctorum, & articulorum, eorumque contenti talium obligationum, & quod neque hæc constitutio cuiquam sua in legitima debiti prætensione pro-aut obsit.

§. *Si Ecclesiast. ca personæ adversus hanc pacificationem deliquerint.*

Quicunque ita per delictum, uti supra, & infra, *Imperialis banni* sibi sententiam accersiverint, ab ea à nobis non absolvuntor, citra consensum Læsi, nisi is, aut iidem ab ea se via juris purgarint, præcipimus omnibus & singulis, vobis suprascriptis, de Romano Regiæ Majestatis potestate, tam vi juramenti nobis, ex parte Imperii specialiter præstiti, quàm obedientiæ,

§. *Qui ob fractam pacē banniuntur.*

Nobis, uti Romanorum Regi debitæ, ſub pœna privationis omnium gratiarum, privilegiorum, ac Jurium à nobis, ſanctoque Imperio, vel aliundè obtentorum, ſeriò firmiterquè mandantes, hanc ut ſupra ſcriptam pacificationem, noſtrumque mandatum cum omnibus punctis, articulis, & clauſulis perpetuo firmiterque obſervetis, etiam per veſtros ducatus, comitatus, dominia, territoria, diſtrictus cum veſtris Satrapis vice Dominis, Curatoribus, Præfectis, quomodolibet vocatis, veſtris etiam ſubditis, ſervari, & adimpleri faciatis, ſerioque curetis, neutiquam negligentes, aut contra conantes agentesque apertè vel occultè, nullo prorſus modo, uti ſupra poſitum, quò præter alias *pœnas* communium Imperii Jurium Regiæ etiam reformationis, noſtram gravem indignationem evitetis.

§. Abrogatio omniū privilegiorum huic paci adverſantiū.

Seponimus etiam omnes & ſingulas gratias, *privilegia*, indulta, libertates, conſuetudines, obligationesque à nobis vel noſtris Prædeceſſoribus in imperio, vel aliis, ante hac emanata, aut concepta, aliquo modo huic paci noſtræ, quibuscunque etiam verbis, clauſulis, intentionibus poſita, pactave adverſantia, quæ nos ex Regis Romani poteſtatis plenitudine hiſce ſeponimus, volumusqne, neminem, cujuscunque demum dignitatis, Status, aut conditionis, contra hanc pacem, & mandatum per ejusmodi gratias, indulta, libertates, conſuetudines aut fœdera ſe tueri, defendere, aut excuſare debere, aut poſſe nullo pacto modove.

§. Pax hac aliis jurib. nihil derogato.

Atque hæc pax, mandatumque de communibus noſtris & ſacri Imperii Juribus, aliisque ordinationibus ac mandatis ante hac editis nihil omnino demito, ſed potius addito, moxque à publicatione facta, ad eandem qui vis obligator. Hiſce adfuere noſtri dilecti & devoti Cognati, Affines & fideles, Electores, Principes, & Mandatarii, Prælati, Comites, Domini, Equites & Urbium Deputati numeroſi. In teſtimonium has literas Regio noſtro ſigillo munivimus

vimus, datas in nostra & sacri Imperii Civitate Wormatiensi, septimo Augusti, anno post Christi nativitatem millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto, nostrorum regnorum, Romani decimo, Hungarici decimo sexto.

Conservatio constitutæ pacis publicæ, vulgò Handhabung deß Friedens: iisdem loco, & tempore.

NOs Maximilianus, Dei gratia Romanorum Rex &c. (tot. tit.) fatemur publicè, notumq; facimus omnibus ac singulis. Quando quidem singularibus sic exigentibus necessitatibus in cõmune bonũ Christianitatis, Imperii, & omnium Statuum, ejusque promotionem, universalem pacem in Imperio, nostræque Cameræ Judicium confecerimus, atque in ordinem redegerimus, vigore desuper editorum articulorum, jam verò omnis ordinatio, mandatum, jurisque administratio inefficax sit, nisi stabili manutenentia confirmetur ac impleatur: idcirco maturo consilio, & de consensu Reverendorum, Illustrium nostrorum dilectorum, Cognatorum, Electorum, Principum, aliorumque Statuum sacri Romani Imperii hujus congregationis, quò & ipsum Imperium, & ejus Status ac subditi sibi de ejusmodi pace, jure, & manutenentiâ, eò lætius gaudere possint, eaque usurpare, nos cum illis, uti Romanorum Rex, Imperii, & specialiter etiam nostrâ, illustris etiam Principis Philippi *Archiducis* Austriæ & Burgundiæ &c. Filii nostri dilecti, hæreditariarum terrarum ergo, consensimus, conspiravimus, & vicissim obligavimus, memorata ut pax jusque seriò deinceps manuteneatur, juvare, & procurare, singulariter etiam in nostris, & nostri antedicti Filii terris, dominiis, territoriisque omnibus nostris, & ejus Officiatis, & Subditis eorum sub juramento, nostrisque publicis in litteris, man-

damus talem manutenentiam fieri, quotiescunque necesse, Ac quidem si contingat, ut Contemptores, at *Prævaricatores* nostræ constituræ pacis, vel etiam ii qui sese decretis, sententiis, ac mādatis nostri Cameralis Judicii, vel arbitrariis transactionibus temerè ac contumaciter opponanr, arcem, munitionem, præsidium, vel auxilium sua in temeritate habeant; unus item aliquis hâc pace complexus, cujuscunque status aut conditionis Ecclesiasticus vel sæcularis, à quopiam, extra hanc pacem, bello damnove afficiatur, seu Transgressores, aut Læsores fraudulenter, periculoseque hospitio excipiat, occultet, auxilium, aut consilium afferat, hujus aut alterius Imperii necessitatis ergò ad manutenenriam pacis, juris, & communis boni facienrium, consulturi, ordinamus, constituimus, & volumus, ut ad proximè appropinquantis festi purificationis vigiliam, Nos, & nostri Electores, Principes, Prælati, Comites, liberi Barones, & Imperii Status Francofurtum in persona confluamus, vel legitima absentiam excusante causa in scripto, per Legatos spectabiles, concomitante eosdem sufficienti mandato, ad itidem deliberandum, agendum & tandem concludendum super modis, ac viis pacifragos ad pœnam, refusionemque damnorum vocandi, latis etiam sententiis, si quis iis obsequi contumaciter se opposuerit, satisfaciendum, & quidquid Christianitatem, Sacrum Imperium, publicum bonum, & alia, quæ proferentur spectarit, suscipiendum, etiam conveniendum ratione diei, & loci proximè futuri annui conventus.

§. Comitia annua Imperii menstrua sunto.

Volumus, & tenemur etiam Nos, Electores, Principes, Prælati, Comites, Status & Legati, ad omnia comitia venientes, mensem minimum unum simul permanere, præcipuè in deliberationes, & tandem in conclusiones ire, nullum discedere absque urgente causa, vel veniâ totius congregationis, aut saltem potioris partis.

§. De persecutione & expeditione.

Et cum dictæ pacis articulus quidam disponat super *aggressione & commonitione instantaneâ*, de insequendo, quoties talis casus acciderit, quilibet ad talem persecutionem, propriis sumptibus sine dolo obligatus esto; ubi vero postularit militarem expeditionem, castra, quotidianam actionem, vel alias violentias, contra pacis Violatores & Rebelles, ordinator id ac perficitor communibus & nummo & auxilio, ex Imperio conquisitis, prout id per annuam congregationem ordinatur.

§. Cameræ judicio certa figitor sedes.

Volumus etiam Regiæ nostræ *Cameræ Iudicio*, sicut illud jam per nostros, & Imperii Electores, Principes, Prælatos, publicumque conventum Sacri Imperii servari cæptum ac ordinatum, fixam, certam, determinatam Imperii & perpetuam, invariabilem nominari, ac deputari Civitatem, nec alio transferri nisi prægnantes ob causas, & cum consilio ac consensu nostro, & Imperii Electorum, Principum, ac Statuum, uti ante positum, annue convenientium.

§. Registra literæ libri documenta Imperii duplicantor.

Præterea volumus omnia *registra*, libros investiturarum, literas, & documenta concernentia Imperii actiones, & jura, penes Nos, vel quemcunque existentia, comportari, duplicari etiam pro futuro, geminâ sub fidelique custodia, altera apud deputatam Imperii Cameram Francofurti, in Sacri Imperii bonum usumque necessarium, altera apud nostram Regiam Romanorum cancellariam asservanda.

§. Nec Imperator, nec ullus Imperii Status in bellū, aut fœdus cum Extero ingreditor.

Neque nos, neque noster dilectus filius Archidux Philippus, nostri neque Electores, Principes & Imperii Status absque scitu & consensu annuæ congregationis bellum aut diffidationem ordiemur, nullum fœdus, aut unionem cum exteris alienisque Nationibus, aut Potestatibus pangemus Imperio noxia, præjudicialia, vel contraria.

§. Imperii esto, quidquid ope ejusdē collectarum acquiritur.

Quidquid terrarum, hominum, urbium, castellorum, limitum, aut pagorum communi manu ac nummo acquiritur, Imperii esto universalis; in reliquis eodem prorsus modo proceditor, quo Capitanei

nobiſcum, & cum Conventu, tranſigunt. Et poſtquam in univerſali pace, cum conſilio memoratorum Electorum, & Congregationis per Imperium Germanicæ Nationis conſtitutâ, inter alia cautum, ut omnis publica diffidatio & cuſtodia per totum Imperium ceſſet, declaramus ſupra memoratus Rex Maximilianus, adhibito etiam conſilio noſtrorum Electorum, Principum, & Congregationis, eundem articulum, dictum ad modum intelligendum eſſe. Quod hactenus in jure & cuſtodia factum, minime per ſententiam aut pactum, non criminaliter illud uſurpator, & qui ſtipendia meruere, non propterea appellantor.

§. De iis, quæ ante pacis hujus conſtitutionem accidere.

Item cum nos ſupradictus Rex Maximilianus, uti ſupra, cum conſilio noſtrorum Electorum, Principum, ac Statuum, Sacri Imperii judicium ordinaverimus & conſtituerimus, deſuper, quo in ejuſmodi minor abuſio ac turbatio oriatur, juxta idem noſtrum, Electorum, Principum, ac Statuum conſilium poſuimus & ordinavimus conſtituimus ac ordinamus etiam ex Romano-Regiæ poteſtatis plenitudine, veraque ſcientiâ, vigore harum litterarum, omnes actiones ante hac ex diffidationibus, bello, ac tumultibus enatas, amicâ compoſitionis, aut juris viâ, deciſas, hinc excludendas.

§. Pax publicâ ſervator, idq; ſub nominatis pœnis.

Poſt hæc mandamus omnibus ac ſingulis Electoribus, Principibus, Eccleſiaſticis & ſæcularibus, Prælatis, Comitibus Dominis, Equitibus aut Nobilibus, Urbibus, & omnibus aliis noſtris, & Imperii ſubditis, & dilectis fidelibus, ſerio volentes mediantibus obligationibus, juramenti, & obedientiæ, Nobis & Sacro Imperio per ipſos præſtitis aut præſtandis, ſub pœnâ ſcilicet bis mille marcarũ auri puri, ex una medietate, ad noſtram Regiam cameram, ex alterâ verò Læſo irremiſſibiliter ſolvendarum, idque ſub privatione omnium, & ſingulatim libertatum & jurium à nobis & Sacro Imperio dependentium, pacem ſeriâ fidelique diligentiâ obſervanto, & ſicut ſupraſcriptum

manu-

manutenento, suis etiam Tribunis, & subditis ad i-
em faciendum mandanto vi juramenti, huic unioni
obligatoriæ quamprimum absque contradictione
morem gerunto, sub gravi nostrâ & Imperii indigna-
tione, atque ad prædictam mulctam evitandam.

§. Declaratio pœnæ Transgressorum, & ejusdem conservationis.

Quicunq; verò, & cujuscunque dignitatis, status, ac conditionis hanc nostram ordinationem, obligationem, ac conservationem contempserit ex negligentia, vel audire noluerit, per facti notorietatem, declaramus hisce, per ejusmodi contemptum, in prædictas pœnas incidisse, sine ulteriori citatione, declaratione, aut sententiâ, sequente executivâ exactione mulctæ, & aliorum: ad quæ sua quivis meritot, in harum litterarum robur, signatarum nostro Regio Sigillo &c.

§. Acceptatio & subscriptio Statuum.

Et nos Dei gratia Bertholdus Moguntinensis, Joannes Trevirensis, Hermannus Coloniensis, &c. *Archiepiscopi*, Philippus Comes Palatinus Rheni Dux Bavariæ; Fridericus Dux Saxoniæ, Landgravius Thuringiæ, & Misniæ: Joachimus Marchio Brandenburgi, Stetini, & Pomeraniæ, Cassubiorum, & Vandalorum Dux, Burggravius Nurenbergensis & Princeps Rugiensis: omnes *Electores* Sacri Romani Imperii per Germaniam, Italiam, Galliam, Regnumque Arelarense Archicancellarii, Archipincerna, Mareschallus, & Camerarius. Joannes Wormatiensis, Wilhelmus Aichstadiensis, Ludovicus Spirensis, Albertus Argentinensis, & Henricus Curiensis, *Episcopi*. Joannes Abbas Fuldensis, Andreas à Grunbach Ordinis Teutonici per Germaniam & Galliam Magister. Ortvvinus Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ: Albertus Dux Saxoniæ, Landgravius Thuringiæ, & Marchio Misniæ, Joannes Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, & Comes Spanhemii, Fridericus Marchio Brandenburgi, Stetini Pomeraniæ, Cassubiorum & Wandalorum Dux, Burggravius Nurenbergæ, & Princeps Rugiensis, Magnus Dux Megapolitanus; Wilhelmus Juliæ ac Montium Dux;

Dux; Eberhardus Senior Dux, Wurtenbergæ, & Theckæ, Comes Mompelgardiensis: Wilhelmus natu minor, & Wilhelmus natu major, Landgravii Hassiæ; fatemur pro nobis, nostrisque Posteris, & Hæredibus suprascriptam nostri clementissimi Domini Romanorum Regis obligantem ordinationem ac conservationē pacis & juris, nostro cum consilio, & consensu constitutam ac factam, ad promotionem boni publici à nobis acceptatam; quodque nos cum suâ regia gratia, & erga nos invicem obligaverimus, prædictæ paci, & juri sincere obsequi, fideliter obedienterque conservare, tueri & custodire: eadem quoque nostris præfectis, & subditis, vigore publicatæ pacis per nostras litteras ad jurandum actutum demandare. Stipulamur, & promittimus etiam hisce, tenore harum litterarum, sub nostra, Principum fide & fidelitate omnibus, ac singulis prædictis punctis articulisque obedire sine omni dolo. In hujus rei testimonium appendimus Nos supradictus Berchtoldus Moguntinensis Archiep. nostrum sigillum hisce datis Wormatiæ septimo mensis Augusti, Anno post Christi nativitatem. Anno 1495.

Declaratio pacis publicæ, facta Augustæ. 1500.

NOs Maximilianus Dei gratia Romanorum Rex, (tot. tit.) publice fatemur hisce litteris, notumque facimus omnibus: cum in Recessu Imperii *Friburgi Brisgoviæ* 1497. cum consensu Statuum ibidem nobiscum congregatorum, ex prægnantibus, moventibusque causis ibidem adductis, altera Imperialia comitia in nostram, & Sacri Imperii Civitatem Wormatiensem, ipso festo S. Catharinæ præteriti anni 1498. indixerimus, & ordinaverimus postea ex moventibus causis, procrastinaverimus, eis hactenus ob præteritos bellorum tumultos alioque notabilia impedimenta determinatum, & frugiferum progressum

non fortitis, eundem comitiorum diem deputavimus *Wormatiam*, idque ubique per litteras vulgavimus, ubi etiam Electores, Principes, & Status Sacri Imperii frequenti in numero personaliter, & per suos Plenipotentiarios apud nos comparuere, cum maturo eorundem consilio, & alta præmeditatione consentimus, & suscipimus ordinationem, constitutionem, & articulos sequentes, & per modum contractus mutui convenimus obstrinximus & subscripsimus, idemque tenore harum litterarum facimus, uti paulo post articulatim.

§. De constituta pace publicâ.

Et primò, cum in comitiis Friburgensibus nonnulli articuli Regiæ nostræ universalis pacis Wormatiæ, formatæ, constituti ulterius deducti, & declarati, aliqui jam per nos, Electores, Principes, aliosque Status hic collectos, denuò renovati, approbati aliqui magis explicati, mutati denique aliqui & emendati, prout sequitur: & primo quod concernit articulum dictæ pacis qui sic incipit, *si quis contra hanc pacem ac mandatum spoliaretur, &c.* cum statibus in comitiis tam Friburgensibus, quam hisce, præsentibus convenimus & univimus sub fide qua nos, & quivis nostrûm Sacro Imperio astricti, servare ac consummare, consensimus ac obligavimus, idque præstamus per hunc recessum, fore, ut post hac nostrum nemo, sibi invicem, aut suis periculum creet, neque alterius Læsori contra hanc constitutionem tectum, transitum, comeatum, aut alium favorem, sicut supra memoratum impertiatur, sed simul atque de alterius læsione certior factus, vel deprehenderit istiusmodi aliquem, è vestigio serio diligenterque procedat, atque si de propria re ageretur, uti in antedicto articulo fusius: similiter curabimus apud nostros Officiales, subditos & addictos serio etiam eosdem obligantes, fidelem constitutioni observantiam, executionemque in eorumque municipiis, & dominiis accuratam inspectionem, ut universali paci insistatur, & ejusmodi periculosa auxilia, tecta, transitus, alii etiam præte-

xtus,ac favores non fiant, permittanturve quocunq; modo,sine dolo

§. De pœna transgressorum hujus ordinationis ac recessus.

Quisquis ad hanc constitutionem, per contemptum, neglectumque nototium evidenremque non attenderit, eundem hisce in pœnas pacis fractæ hac via incidisse declaramus, atque contra ralem per denunciationem, execurionem, & exactionem talis pœnæ, ac aliarum mulctatum, per nos & deputatum Imperii consilium, nostrumque Regium Cameræ Judicium, severè irremissibiliter procedendum, agendum, prout dicta pax vel alias res postulat.

§. Si quis pacis ergo detrimentum patiatur.

Et si cuiquam talis conservationis, & executionis ergò pacis, & juris, detrimenti, vel aliud quidpiam contrarium, aut gravaminis obtigerit, atque idipsum per eum coram nobis, & Sacri Imperii regimine exposuerit, consulitor, agitor ac tractator super modo eidem auxiliandi, assistendi, atque eundem è præsenti periculo, damno, ac difficultare eruendi, quodsi vero tale quid ut mentionatum, non publicum, apertum, ac notum, sed unus aliquis justis de causis & indiciis suspectus habeatur, proceditor contra talem, prout sequitur.

§. Si quis de occultâ cum Pacifrago collusione suspectus, quomodo agi & ad purgand. procedi debeat.

Quandoquidem in dictâ pacis constitutione unum articulum legere est, sequentis tenoris; *Si verò quispiam ex Electoribus, Principibus, Prælatis, Comitibus Baronibus Dominis, equestri ordine, Civitatibus aliisve cujuscunque dignitatis, aut conditionis, Ecclesiasticus vel secularis, aut sui, contra hanc publicam pacem læderentur; Patratores autem non manifesti, sed tantum suspecti essent.* Idem vero atticulus solos factores concernit. Est ulterius, & in comitiis Friburgi declaratus genuinè, & hic renovatus, ac receptus ita, ut non solum ad Reos de actione vel læsione suspectos, sed etiam, ad eos quos justa indicia suspectos licet fama nonj publicasset, quod talibus Actoribus, vel læsoribus contra hanc pacem, auxilium, consilium, assistentiam, patrocinium, tutum transitum, comeatum, hospitium aliosque favores dedissent, aut

præ-

præstitissent, ita ut pari modo contra factorem, citando, conveniendo, excusationem item juramentalem exigendo procedatur, & ipse parere teneatur. Et si Facinorosus ut dictum, suspectus, Item in suspicionem tracti de auxilio, protectione favore, uti supra præstitis, purgationem ulla via recusent, vel comparitionem, ejusmodi ob contumaciam inobedientiamque in excommunicationem Imperialem, fractæ pacis pœnas incidisse denuncientur.

Cumque præterea dictus articulus disponat, quod Elector, Princeps, Prælatus, Comes, Dominus, Nobilis, Urbs cui, vel quibus, eorumve subditis ac addictis damnum illatum, suspectos ejusmodi actionum conscribere, & coram se citare queant, ac valeant: hoc vero in disparem sensum partes interpretentur, adeo, ut ipsi suspecti coram ipsis Electoribus, Principibus, Comitibus, Dominis, Nobilibus, Urbibus, vel eorum subditis ad dictosque, quibus damnum factum, noluerint comparere, rati se ad id, coram illis, uti interessatis nequaquam se teneri, unde inter partes major error, patisque turbatio exorta.

Quocirca, & ut talibus occurratur per claram explicationem, cum scitu, consilio. & consensu Electorum, Principum aliorumque Statuum, hujus congregationis, declaravimus, ordinavimus, ac constituimus, declaramus, interpretamur, ordinamus & constituimus hisce, ut posthac talis conscriptio, & citatio Electorum, Principum, &c. coram illorum suspectorum Ordinario judice, nostro Regio Cameræ judicio, nobis, aut Imperii regimine, prout læso placet, fiat, & ibidem excusatio instituatur vigore ipsiusmet articuli pacis; Nos quoque, aut nostras vices gerens, & deputatum Imperii Regimen, vel nostrum Cameræ Judicium posthac ad implorationem partium, vel ex motu proprio, & ex officio tales conscribere & citare, excusationes audire possumus ac valemus uti sæpedictus articulus docet.

Item

§. Salvum conductũ, nec habento, nec præstanto, Pacifractores.

Item in memoratâ pace cum comprehensum, ac provisum quod in omnibus indultis, securitatibus, intercessionibus, & salvis conductibus, à quocunque concessis, pacifragium climus vexclusum, iis minime comprehensum declaramus, ponimus, ordinamus ac volumus, ut omnes Electores, Principes, ac Status Imperii, in omnibus ac singulis suis indultis, securitatibus, intercessionibus, & salvis conductibus imperiali banno percussos, declaratos quoque, ac publicos pacis Violatores nominatim, claris ac expressis verbis excipiant, tales etiam ejusmodi indultis, securitatibus, patrociniis, & conductibus, uti, frui, gaudere vel ut in capaces non possint aut debeant, ulla prorsus via; solo casu excepto, quo, ad excusationem uti supra positum, vel ad amicabilem actionem, aut compositionem talium rerum ergò, consentientes contrariæ partes conscribuntur, & postulantur, tunc enim ipsis ei per quos citantur, simul necessarius salvus conductus & securitas impertiantur, liceatque iisdem tum talium esse capaces participesque velut non declaratos aut denunciatos.

§. De potestate, regiminis in Pafragos.

Item cum memorata in constitutione nostræ Cameræ Judicii potestatem fecerimus, ex nostra parte, ubi pacifragi causa propter expeditiones militares, vel alias ita constituta, ut annuam congregationem tunc ordinatam, necessitas nequeat exspectare, Nos & Electores, Principes, ac Imperii Status maturè commodúm ad locum convocandi, jamq; verò per ordinatum Imperii regimen hic constitutum annua congregatio abrogata, constituimus, ordinamus ac volumus, ut idem posthac ad deputatum Imperil regimen deferatur, omni eo modo, quo ante congregationem, ubi demum, quod res, necessitas, & ordinatio hic condita exigunt, noverint agere.

§. De potestate regiminis in Immorigeros Cameræ.

Item penes nos, vel Vices gerentem nostras, & deputetumImperii regimen, imperium esto & imposterum potestas plenaria cognoscendi tractandique, quî & quâ ratione executionem, aut pœnam, contra

ntra eos, qui latis sententiis, ac mandatis nostri Re- Cameralis Judicii, vel arbitrariis transactionibus n erere fragrantur; Item contra eos, qui illis arcem, l fortalitium, receptaculum, auxilium, assistentiam, trocinium, vel favorem indulgent, proceden-, ut ad obedientiam, & paritionem emanatæ sen-ıtiæ, vel transactionum adigantur, debitasque te-:rariæ inobedientiæ pœnas luant.

§. Qualiter contra Banniti corpus ac bona extra pacifragiũ procedendum.

Item declaramus, ponimus, ordinamus, ac volu-us, prout etiam in comitiis Friburgensibus declara-m positumque, ut actori, si ad alterius implora-ınem, ratione debitorum, contumaciæ, aliarum-e rerum, minimè ad pacis violationem spectan-ım, ad bannum pervenisset, jus ac potestas sit, talis Banniti bona, ac possessiones à nostro Regio ımerali Judicio immissionem petendi, quod et-n Cameralis Judex præviâ judiciali cognitione :it, Princeps quoque quisque, Dominus, aut com-ınitas sub quo, aut quibus, domicilium vel bona nniti sita, ad nostri Cameralis Judicis decretum ›cessum, querulanti bona, & substantiam permit-, ne ei impedimentum, sed defensionem ac manu-ıentiam causent; quoad feudalia bona, eorum an-um proventum superfluentem, post necessarias ›ensas Querulanti permittat Dominus dicre-; , quoad Bannitus subjacet Imperiali ful-ni.

§. Quomodo Actori assistent contra Banniti arces.

Si quæ Excommunicato arces, aut fortalitia sint, æ Accusatori uti supradictum extradi non possent, nos, aut illum, qui nostras vices gesserit, & ad c deputatum Imperii Regimen referetor, atque : in re ulterius uti juxta exigentiam rerum tenorem ordinationis, quod optimum visum tor.

§. Adversus pluriũ atq; communium Vasallor

Cum & ante hac, & nunc graves querelas per-›erimus, qualiter ex, & in communibus Pos-sorum arcibus, multiplices læsiones, captivatio-;, spolia, furta, & incendia contra nostram

(vulgo Ganerben) arces.

universalem pacem fiant, exerceanturque, nos in comitiis Friburgensibus, in consilio Statuum ibidem congregatorum, ad plenariam conservationem & perfectionem publicæ nostræ pacis, declaravimus, posuimus ac fecimus, ac modo cum consilio, & consensu Statuum hujus congregationis renovavimus, & facimus hic per recessũ, ut si quam declarati Banniti, & pacis violatores in istis publicis arcibus partem, commune domicilium jusve habeant aliquod, inde excidant, neque eò amplius admittantur: aut non priusquam nobiscum cum Imperio, & parte læsa, ratione actionis suæ transegerint. Hæc nostra declaratio & statutum communibus Ganerbiorum arcium Possessoribus rursus eo modo quo antea factũ publicè perscribitor ac notificator, qui, si contra talem denunciationem Malefactores, aut pacis violatores parte sua communi, habitatione vel jure frui ac uti patiantur, & in hisce inobedientes appareant, declaramus, ordinamus, ponimus, ac volumus, eos hac sua inobedientiâ in pœnam publicæ pacis, conservationis, & declarationis ejusdem incidisse, & desuper in bannum declarandos ac denunciandos.

§. De iis qui per annum & diem, in banno perseverant.

Ordinamus porro, statuimus ac volumus, ut quilibet cujuscunque demum dignitatis, status, ac conditionis, qui per annum & diem temere ac pertinaciter in banno insorduerit, per Archi-vel Episcopum, ejusve Vicarios, vel Officiales domicilii, vel aliter suos, debite in bannum declaretur eoque gravetur.

§. De Bannitis sua bona dolosè alienantibus, & in tuitionem aliorum conferenbus.

Item declaramus, ordinamus, statuimus ac volumus pro majori conservatione & complemento nostræ pacis, ut, si quis cujuscunque dignitatis, status aut conditionis, legitimis ex indiciis in suspicionem trahatur arcis, urbis, fortalitii, bonorum dolosâ ex intentione, suum in bonum, venditorum, alienatorum, permutatorum vel alteri possessionis, defensionis

is aliusvemodi causâ extraditorum, quocunque colore aut prætextu, pacemque publicam ı transgressus violarit, eo casu nos vel vices tras gerens, & deputatum Imperii Regin, vel nostræ Cameræ Judex, ex officio ad ploratiorem partis læsæ, jus ac potestatem ıcamus, Venditorem, ac Emptorem, Permuorem, Traditorem, & Susceptorem vel Protorem de mentionatis dolo ac fraude suspes, citandi, ad sese expurgandum. Qui si nparere inobedientes, vel se expurgare noτ, talis aut tales, ob ejusmodi contumaciam nno innodentur, & re ipsâ, mox per sentenm declarentur ac denuncientur, uti decet. Siliter statuimus, ordinamus ac volumus hisce iò mandantes, si declaratus Bannitus vel paviolator, possessiones suas ac bona, aliis incipibus, Potestatibus, Magistratibus ac Comunitatibus aut aliis, protectionis, gratia vel io quocunque modo tradere præsumpserit, ne talis possessio, ac bona per tales Princis superiores, Communitates vel alios susciantur, neque ab ipsismet Bannitorum in emomentum admittantur. Pro eventu contrario eclaramns, ordinamus ac volumus, quod tas extraditio, immissio, receptio ipsis declaras Bannitis, ac pacis Violatoribus nec commoum, nec præjudicium asportare possint, neue iisdem frui & gaudere possint, ipsi Princies, Magistratus vel Communitates per talia pso facto banno aliisque pœnis, contra Violaores pacis positis subjaceant, ut talesque denunentur & declarentur.

§. De collectis Imperii publicis.

Et cum in comitiis Wormatiæ primo habiisin commune subsidium, sic dicta Imperii colecta placita, quæ tamen per minorem Statuum partem juxta specificationem desuper factæ or-

dinationis soluta est; unde Cæterorum Statuum morigerorum graves querelæ ac gravamina Judicio nostro, & Imperii Regiminis dimetiendum est, an & qua ratione talis nummus à statibus in solvendo adhuc morosis, cum tempore, commodè colligatur, quo cum aliis exponatur ad necessitatem Imperii, per nostrum nostri Imperii Regiminis Receptorem juxta intentionem constitutionis parentis nostri in subsidium stantium modernorum comitiorum.

AVREA BVLLA

CAROLI IV.

ROMANORVM IMPERATORIS.

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDVÆ Trinitatis feliciter, Amen,



AROLUS QUARTUS, divinâ favente clementiâ Roman. Imperator Semper Augustus, & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam: Omne regnum in (a) seipso divisum desolabitur; nam Principes ejus facti sunt socii furum: ob quod Dominus miscuit in medio eorum spiritum vertiginis, ut palpent in meridie sicut in tenebris: & candelabra eorum movit de loco suo, ut cæci sint, & duces cæcorum: & qui ambulant in tenebris offendunt, & cæcimente scelera perpatrant, quæ in (b) divisione contingunt. Dic superbia, quomodo in Lucifero regnasses, si divisionem auxiliatricem non habuisses? Dic Satan invide, quomodo Adam è Paradiso ejecisses, nisi eum ab obedientia divisisses? Dic ira, quomodo Romanam rempublicam destruxisses, nisi in divisione Pompejum & Julium sævientibus gladiis ad intestina prælia concitasses. Dic luxuria, quomodo c) Trojanos destruxisses, nisi Helenam à viro suo divisisses? Tu quidem invidia Christianum Imperium à DEO ad instar sanctæ ac individuæ Trinitatis; fide, spe, & charitate, virtutibus Theologicis roboratum, cujus fundamentum super Christianissimo regno feliciter stabilitur, antiquo veneno, quod velut serpens in palmites Imperiales & membra ejus propinquiora, impio scelere vomuisti, ut concussis

An. Christi. 1356.

a *Mogun. seipsum.*

b *Mog. divisionem.*

c *Mog. Trojam.*

a m. addit tentasti div. columnis, totum ædificium ruinæ subjiceres,[a] divisionem inter septem Electores sacri Imperii, per quos velut septem candelabra lucentia in unitate spiritus septiformis sacrum illuminari debet Imperium, multotiens posuisti. *b m. Sanè eum ex off.* b] Sanè cum ex officio, quo Cæsarea dignitate potimur, futuris divisionum & dissensionum inter Electores ipsos, de quorum numero ut Rex Bohemiæ esse dignoscimur, ratione duplici, tàm ex Imperio, quàm electionis jure, quo fungimur, occurrere teneamur, infra scriptas leges, ad unitatem inter Electores fovendam & electionem unanimem inducendam, ac detestandæ divisioni prædictæ variisque periculis ex ea sequentibus aditum percludendum, in solemni curia nostra Nurembergensis, assidentibus nobis omnibus Principibus Electoribus Ecclesiasticis & secularibus, ac aliorum Principum, Comitum, Baronum, Procerum, Nobilium, & civitatum multitudine numerosa, in *c m. solio & melius* [c] solito Majestatis Cæsareæ, Imperialibus infulis, insigniis, & diademate[d] co- *d m. decorati.* ronati matura deliberatione prævia, de Imperialis potestatis plenitudine edidimus, statuimus, & duximus sanciendas, sub Anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto, Indictione nona 4. Idus Januarii, regnorum nostrorum anno decimo, Imperii *e m. secundo.* verò e] primo.

Caput I.

Qualis esse debeat conductus Electorum & à quibus.

DEcernimus, & præsenti edicto Imperiali perpetuo valituro sancimus, ex certa scientia, & de Imperialis plenitudine potestatis, ut quotiescunque & quandocunque futuris temporibus necessitas sive casus electionis Regis Romanorum in Imperatorem promovendi emerserit, & Principes Electores ad electionem hujusmodi, juxta antiquam f] laudabilem *f m. & laud.* consuetudinem habuerint proficisci, unusquisque Princeps Elector, si & quando super hoc fuerit requisitus, quoslibet Principes Coelectores suos, vel ipsorum nuncios, quos ad electionem ipsam transmisse-

miserint; per terras, territoria & loca sua, & etiam ultra, sicut longius poterit, conducere teneatur, & eis absque dolo præstare conductum, versus civitatem, in qua talis electio fuerit celebranda, & ab illa etiam redeundo, sub pœna perjurii & perditionis, pro illa duntaxat vice, suæ vocis, quam in electione hujusmodi fuerat habiturus. Quas quidem pœnas eos vel eum, qui in præstando memorato conductu rebelles seu rebellem, negligentes vel negligentem se præbuerint, eo ipso decernimus incidisse.

2. Statuimus insuper, & mandamus universis aliis Principibus feuda à sacro Imperio Romano tenentibus, quocunque nomine censeantur, nec non Comitibus, Baronibus, militibus, clientibus, nobilibus & ignobilibus, civibus & communitatibus castrorum, civitatum & locorum sacri Imperii universis, ut eodem tempore, dum videlicet Regis Romani in Imperatorem promovendi electio celebranda occurrit, unumquemque Principem Electorem ab ipsis vel eorum aliquo conductum hujusmodi postulantem, vel ejusdem nuncios, quos ad electionem ipsam *a*) duxerit, ut præfertur, per territoria sua & alias quanto *b*) possint remotius, absque dolo, modo *c*) prædicto conducant. Si qui verò huic nostræ constitutioni contraire præsumserint, *d*) supra-scriptas eo ipso pœnas incurrant. Omnes quidem Principes & Comites, Barones, Nobiles, milites & clientes, & universi nobiles contrarium facientes, reatum perjurii & privationem omnium feudorum, quæ à Sacro Romano Imperio, & à quibuscunque aliis obtinent, & etiam omnium possessionum suarum à quocunque habitarum, incurrant. Omnes quoque cives & communitates contra præmissa facere præsumentes, similiter sint perjuri, & nihilominus universis suis juribus, libertatibus, privilegiis & gratiis à sacro obtentis Imperio, sint *e*) omnes privati, & cum personis & bonis suis omnibus bannum & proscriptionē Imperialem incurrant: & eosdem *f*) quos ipso facto

a *m. direxerit.*
b *m. potuerit.*
c *m. precedenti.*
e *m. omnino.*
f *m. non habet quos.*

cto exnunc, prout extūc, jure privamus. Deinceps cuilibet hominem auctoritate propria & sine judicio seu invocatione magistratus cujuslibet, impunè licebit invadere; nullamq; pœnam propter hoc invadens ipsos debebit ab Imperio aut quovis alio formidare: præsertim cum contra Rempublicam ac sacri statum ac dignitatem Imperii, ac etiam cōtra honorem proprium & salutem, tantæ rei temerarii neglectores, tanquam rebelles, inobedientes & perfidi, infideliter & perversè agere convincantur.

3. Decernentes insuper & mandantes, ut omnium civitatum cives & *a*) communia jam dictis Principibus Electoribus & eorum cuilibet hoc poscenti, eorumque nunciis, victualia in communi precio atque cursu pro suis, seu nunciorum prædictorum hominūque suorum necessitatibus, dum ad prædictam civitatem causa celebranda electionis prædictæ accesserint, ac etiam dum discesserint ab eadem, vendere, seu vendi facere teneantur: nullam in præmissis fraudem quomodolibet adhibendo. Alioquin contrarium facientes, pœnas illas volumus ipso facto incurrere, quas in præcedentibus contra cives & communitates duximus promulgandas.

a *m. communitates.*

4. Quisquis insuper ex Principibus, Comitibus, Baronibus, militibus, clientibus, nobilibus seu ignobilibus, civibus seu communitatibus civitatum, Principi Electori ad electionem de Rege Roman. celebrandam eunti, vel ab ipsa denuò redeunti, hostiles custodias tendere, seu insidias parare præsumserit, aut ipsos, vel eorum aliquem, in sua vel suorum personis aut rebus invadere, vel turbare, seu ipsorum vel alicujus eorum nuncios antedictos, sive conductum petierint, sive etiam non duxerint *b*) erogandum: hunc unà cum universis militiæ sive complicibus ipso facto supradictas pœnas decernimus incurrisse: Ita videlicet quod quævis persona pœnā incidat, sive pœnas, quas juxta præmissa pro *c*) qualibet personarum duximus infligendas.

b *m. Exigendum.*

c *m. qualitate.*

5. Si verò aliquis Princeps Elector cum aliquo suo

suo Coelectore inimicitias gereret, & inter eos quæcunque contentio, controversia seu dissensio verteretur: his nequaquam obstantibus alter alterum vel alterius nuncios ad electionem hujusmodi destinandos, præmisso modo conducere sit astrictus, sub pœna perjurii ac perditionis duntaxat *a*) ista vice, suæ vocis in electione, ut superius est expressum. a *m.ea.*]

6. Si qui verò alii Principes, Comites, Barones, milites, clientes, nobiles & ignobiles, cives vel communia civitatum, cum aliquo Principe Electore, vel pluribus ex eisdem adversam gererent voluntatem, seu quævis discordia inter ipsos ad invicem vel gvverra sive dissensio verteretur, nihilominus omni contradictione & dolo cessantibus, Principi Electori, vel Principibus, seu ejus vel ipsorum nunciis ad electionem hujusmodi destinandis, & redeuntibus ab eadem, talem debeant præstare conductum, prout singuli pœnas jam dictas, per nos videlicet in se latas, voluerint evitare: quas eos, qui secus fecerint, incurrisse decernimus eo ipso.

7. Ad præmissorum autem omnium firmitatem, & certitudinem ampliorem, jubemus & volumus, ut universi Principes, nec non Comites, Barones, Nobiles, Civitates, seu ipsarum communitates, præmissa omnia literis & juramentis suis firmare, & ad ea bona fide ac sine dolo implenda efficaciter se debeant obligare. Quicunque verò literas hujusmodi dare renuerit, pœnas illas ipso facto incidat, quas pro personarum conditione per præmissa singulis duximus infligendas.

8. Si quis autem Princeps Elector, aliusvè Princeps cujuscunque conditionis aut status, feudum vel feuda à sacro tenens Imperio, aut Comes, Baro vel Nobilis seu successores talium vel hæredes supra & infra scriptas Imperiales nostras constitutiones b *m. noluerint.a.eee.* & leges adimplere *b)* noluerit, aut eis contraire *præsumserint: & seq.* præsumserit, si quidem talis Princeps Elector extiterit, extunc cæteri sui Coelectores à suo ipsum

deinceps excludant consortio, ipseq; voce electionis & aliorum Principum Electorum loco dignitate careat atque *a*) vice, nec investiatur de feudis, quae à sacro Imperio *b*) visus fuerit obtinere. Alius verò Princeps aut vir nobilis, ut praefertur, in has nostras leges committens, similiter non investiatur de feudis, quae à sacro Imperio vel alias obtinet à quocunque & nihilominus *c*) omnes poenas praemissas suam concernentes personam incidat ex ipso.

a m. jure.
b m. nisus.
c m prepo- net in.

9. Quamvis a. universos Principes Comites, Barones, nobiles, milites, clientes. Civitates quoque & communitates illarum ad praestandum cuilibet Principi Electori, vel ejus nunciis praefatum conductum, ut praedicitur, indistinctè velimus & decrevimus obligari, nihilominus eorum cuilibet singulares conductus & conductores pro regionum & locorum adjacentia cuilibet magis aptos duximus designandos, ut statim per sequentia plenius apparebit.

10. Primo namque Regem Bohemiae Sacri Imperii Archipincernam, cunducent Archiepiscopus Moguntinensis, Bambergensis & Herbipolensis Episcopi, Burggravii Nurenbergenses: Item illi de Hohenloeh, de Wertheim, de Brunecke, & de Hannouve: item civitates Nurenberg, Rotenburg, & Windensheim.

11. Deinde Archiepiscopum Coloniensem, S. Imperii per Italiam Archicancellarium conducent & conducere tenebuntur Moguntinensis, & Trevirensis Archiepiscopi, Comes Palatinus Rheni, Landgravius Hassiae, item de Katzenellenbogen, de Nassau, de Dietz, Comites de Isenburg, de Wersterburg, de Runkel, de Limburg & Falckenstein, item civitates, *d*) Wetzflaria, Geylnhusen, & Fridberg.

d m. Wetz-flar.

12. Item Archiepiscopum Trevirensem, sacri Imperri per Galliam & regnum Arelaten. Archicancellarium conducent Archiepiscopus Moguntinensis, Comes Palatinus Rheni: item de Spanheim, de Veldentz Comites: item de Rugraven, Wildgraven,

graven, de Nassovv, de Isemburg, de VVesterburg, de Runkel, de Limburg, de Dietz, de Katzenellenbogen, de Eppenstein, de Falkenstein, item civitas Moguntinensis.

13. Deinde Comitem Palatinum Rheni, sacri Imperii Archidapiferum, conducere debebit Archiepiscopus Moguntinensis.

14. Ducem v. Saxoniæ S. Imperii [a] Archimarescallum, tenebitur conducere Rex Bohemiæ. Moguntinens. & Magdeburgens. Archiepiscopi: Item Bambergens. & Herbipolens. Episcopi; Marchio Misnens. Landgravius Hassiæ: item Fuldens. & Hirsfeldens. Abbates, Burggravii Nurrenberg: item illi de Hohenloch, de VVertheim, de Brunecke, de Hanovv & de Falkenstein: item civitates Erphordia, Mulhusen, Nuremburg, Rotemburg, & VVindesheim,

a m. Archimareschallum

15. Et hi omnes proximè nominati Marchionem Brandenburgensium sacri Imperii Archicamerarium, similiter conducere tenebuntur.

16. Volumus autem & expressè statuimus, ut unusquisque Princeps Elector, qui talem voluerit habere conductum, his à quibus ipsum postulare, decreverit, hoc ipsum adeò tempestivè, viamque qua fuerit transiturus, insinuet, & talem conductum exposcat, ut illi qui ad conductum hujusmodi impendendum deputati, & qui fuerint requisiti, ad hoc opportunè [b] valeant & commodè præparare,

b m. seval.

17. Præmissas verò constitutiones circa materiam conductus editas, ita sane debere declaramus intelligi ut unusquisque superiùs nominatus, vel forsan non expressus, à quo in casu præmisso conductum requiri contigerit, ad præstandum ipsum per suas duntaxat terras & territoria, ac etiam ultra, quanto potest remotiùs, absque dolo, sub pœnis contentis superius sit astrictus.

18. Prætereà statuimus ac etiam ordinamus, ut Archiepiscopus Moguntinensis, qui fuerit pro tempore, singulis Principibus Coëlectoribus suis Ecclesia-

ſticis & ſecularibus, electionem eandem, per ſuos nuncios, patentibus debeat literis intimare. In quibus quidem literis talis dies & terminus exprimatur, infra quem eædem literæ ad ſingulos eoſdem Principes veriſimiliter poſſint (*a*) convenire. Hujuſmodi verò literæ continebunt, ut à die in literis ipſis expreſſa infra tres menſes continuos omnes & ſinguli Principes Electores Franckenford. ſuper Moganum eſſe debeant conſtituti. vel ſuos Legales ad eundem terminum atque locum nuncios deſtinare cum plena & omnimoda poteſtate, ſuiſque patentibus literis majori cujuslibet eorum ſigillo ſignatis ad eligendum Romanorum Regem in Cæſarem promovendum. Qualiter autem & ſub qua forma tales literæ confici debeant, & quæ in eis ſolennitas debeat immutabiliter obſervari, & in qua forma & modo Principes Electores nuncios ſuos ad electionem hujuſmodi deſtinandos ad poteſtatem, mandatum, ſeu procuratoria ordinare debuerint, ad finem præſentis libri, conſcriptum invenitur clarius expreſſum. Et eandem formam illic traditam mandamus, & de Imperialis poteſtatis plenitudine uſquequaque decernimus obſervari.

a m pervenire.

19. Cum autem ad hoc perventum fuerit, quod de Imperatoris vel Regis Romanorum obitu in Diœceſi Moguntinenſi conſtiterit, extunc infra unum menſem à die notitiæ obitus hujuſmodi continuè numerandum, ſingulis Principibus Electoribus obitum ipſum & intimationem, de quibus præmittitur, per Archiepiſcopum Moguntinenſem jubemus & decernimus ſuis patentibus literis declarari. Quod ſi idem Archiepiſcopus in executione & intimatione hujuſmodi, negligens aut remiſſus fortaſſis exiſteret, extunc iidem Principes, motu proprio, etiam non vocati, pro fidei ſuæ virtute, qua ſacrum proſequi tenentur Imperium, poſt hæc infra tres menſes, ſicut in conſtitutione proximè poſita ſuprà continetur, in Civitate Franckenfordenſi ſæpè dicta

dicta conveniant, electuri Regem Romanum in Cæsarem promovendum.

20. Debet autem unusquisque Princeps Elector, vel sui nuncii prædictam civitatem Frankenfordens. cum ducentis *a*) equitaturis tantummodò præfatæ electionis tempore introire: in quorum numero quinquaginta tantum armatos vel pauciores secum introducere poterit, sed non plures. a *m. equitibus.*

21. Princeps verò Elector ad electionem hujusmodi vocatus & requisitus, & ad ipsam non veniens, vel legales nuncios cum literis patētibus sigillo suo majori sigillatis plenamque & liberam ac omnimodam potestatem continentibus ad eligendum Romanorum Regem futurum Imperatorem, non dirigens; aut veniens, aut hujusmodi nuncios *b*) fortè transmittens, si postea Princeps ipse, aut prædicti nuncii à prædicto electionis loco recederent, Rege Rom. futuro Cæsare nō electo, nec ad præmissa procuratore legitimo substituto solemniter & relicto, electionis voce seu jure, quod in eadem electione habuit & tali modo deseruit, careat *c*) ista vice. b *m. fortassè.* c *m. ea.*

22. Injungimus autem civibus de Franckenford. & mandamus, ut ipsi universos Principes Electores in genere, & quemlibet eorum, ab invasione alterius, si quid inter eos adversitatis emergeret, & etiam ab omni homine, cum omnibus eorum hominibus, quos ipsi & eorum quilibet in præfato ducentorum equorum suorum numero ad præfatam duxerint civitatem, in virtute juramenti, quod super hoc ipsos ad sancta præstare statuimus, fideli studio & solerti diligentia protegant & defendant: Alioquin perjurii reatum incurrant, & nihilominus omnia jura sua, libertates, *d*) gratias, & indulta, quæ à sacro obtinere noscuntur Imperio, omninò amittant, *e*) bannumque Imperiale, cum personis & bonis suis omnibus, incidant eo ipso: Et liceat ex tunc omni homini auctoritate propria, ac sine judicio, cives eosdem, quos eo casu ex nunc, prout ex tunc, omni jure privamus, tanquam proditores infideles & rebelles Imperii, impunè invadere: Ita d *m. interponit privilegia.* e *m. banniti quoque.*

quod invadentes hujusmodi, pœnam quamcunque à sacro Imperio, vel quovis alio, nequaquam debeant formidare. Cives insuper antedicti de Franckenford, per omne tempus illud, quo super electione sæpe dicta tractari & agi contigerit, neminem in præfatam civitatem, cujuscunque dignitatis, conditionis, vel status extiterit, intromittant, vel intrare quovis modo permittant: Principibus Electoribus, & eorum nunciis & procuratoribus ante dictis duntaxat exceptis; quorum quilibet cum ducentis equis debebit, ut prædicitur intromitti. Si verò post ipsorum Principũ Electorum introitum, seu in ipsorum præsentia, in præfata civitate aliquem reperiri contigerit, illius exitum cives ipsi debebunt absque mora & cum effectu protinus ordinare, sub omnibus pœnis contra ipsos superiùs promulgatis, ac etiam in virtute Juramenti, quod cives ipsi de Franckenfort, super eo virtute præsentis cõstitutionis præstare debebunt ad sancta, ut in præcedentibus est expressum.

CAPUT II.
De Electione Romani Regis.

POstquam autem sæpedicti Electores seu nuncii civitatem Franckenfort ingressi fuerint, statim sequenti die diluculo, in Ecclesia sancti Bartholomæi Apostoli ibidem in omnium ipsorum præsentia, Missam de Sancto Spiritu faciant decantari ad fidem, ut ipse Sanctus Spiritus corda ipsorũ illustret, & eorum sensibus lumen suæ virtutis infundat, quatenus ipsi duo *a*) fulti præsidio, hominem justum, bonum, & utilem eligere valeant in Regem Romanum futurumque Cæsarẽ, ac pro salute populi Christiani. Peracta quoq; Missa hujusmodi, omnes illi Electores seu nuncii accedãt ad altare, in quo Missa eadẽ extitit celebrata, ubi Principes Electores Ecclesiastici coram Evãgelo beati Johannis, IN PRINCIPIO ERAT VERBUM, quod illic, ante ipsos poni debebit, manus suas pectori cum reverentia *b*) superponant: Seculares verò Principes Electores, dictum Evangelium corporaliter manibus suis tan-

a *m. suffulti.*

b *suppo-nant.*

gant: qui omnes, cum tota *a*) ipsorum familia tunc ibi *a m. sua famil.*
debebunt inermes assistere. *b*) At Archiepiscopus Moguntinensis formam Juramenti eis dabit, & unà cum *b m. Et.*
ipsis & ipsi, vel absentium nuncii, unà cum eo juramentum præstabunt vulgariter in hunc modum.

2. c) *Ego Archiepiscopus Moguntinensis sacri Imperii* *c M. Ego.*
per Germaniam Archicancellarius & Princeps Elector, *N. Arch.*
juro ad hæc sancta Dei Evangelia, hic præsentialiter corã me posita, quod ego per fidẽ, qua Deo & sacro Romano Imperio sum astrictus, secundum omnem discretionem & intellectũ meum, cum Dei adjutorio eligere volo temporale caput populo Christiano, id est, Regẽ Rom. in Cæsarẽ promovendũ, qui ad hoc existat idoneus, in quantũ discretio & sensus mei dirigunt, & secundũ fidẽ prædictã, vocemq; meã, & votum seu electionem præfatam dabo, absq; omni pacto, stipẽdio, precio, vel promisso, seu quocũq; modo talia valeãt appellari, sicut me Deus d) *juvet & omnes Sãcti.* d *m. adjuvet.*

3. Præstito denique per Electores seu nuncios in forma & modo prædictis, hujusmodi juramento, ad electionem procedant, nec ammodò de jam dicta civitate Franckofort separentur, nisi prius major pars ipsorũ, temporale caput mundo elegerit seu populo Christiano Regem videl. Roman. in Cæsarem promovendum. Quod si facere distulerint infra triginta dies à die præstiti Juramenti præfati continuo numerandos extunc exactis eisdem triginta diebus ammodò panem manducent & aquam, *e*) & nullatenus civitatem ante- *e m. &*
dictam, nisi prius per ipsos, vel majorem partem ipsorum, Rector & temporale caput fidelium electum fuerit, ut præfertur.

4. Postquã autem in eodem loco ipsi vel pars *f*) ip- *f m. eorum.*
sorũ major numero elegerit, talis electio perinde haberi & reputari debebit, ac si foret ab ipsis omnibus, nemine discrepante concorditer celebrata. Sique per tempus aliquod morari, abesse & tardare contingeret aliquem de Electoribus seu nunciis antedictis, dũ tamen veniret antequam prædicta esset electio celebrata, hunc ad electionem ipsam in eo statu admitti debere decernimus, in quo ipsa adventus sui tempore consistebat.

5. Et

5. Et quia de antiqua approbata, & laudabili cõsuetudine inconvulsè quã immutabiliter semper hactenus extitit observatum: Ideoque & nos constituimus, & de Imperialis decemimus plenitudine potestatis, quod is qui modo præmisso in Regem fuerit Romanũ electus, peracta statim electione hujusmodi priusquam in aliquibus causis aliis sive negotiis virtute S. Imperii administret, universis & singulis Principibus Electoribus Ecclesiasticis & secularibus, qui propinquiora S. Imperii membra esse noscuntur, omnia ipsorum privilegia, literas, jura, libertates, concessiones, antiquas consuetudines & etiam dignitates, & quicquid ipsi ab imperio usq; in diem electionis suæ obtinuerunt & possederunt absque dilatione & contradictione cõfirmare & approbare debeat per suas literas & sigilla, ipsisq; præmissa omnia innovare, postquam Imperialibus fuerit infulis coronatus.

6. Confirmationem autem hujusmodi, electus ipse cuilibet Principi Electori in specie primo suo nomine Regali faciet, & deinde sub Imperiali titulo innovabit. & in his ipsos Principes *a)* in genere & quemlibet eorum in specie, nullatenus impedire, sed potius absque dolo *b)* generosè tenebitur.

a *m. interserit omnes in.*

b *m. gratiosè.*

7. In casu denique quo tres Principes Electores præsentes, seu absentium nuncii, quarum ex se seu ipsorum consortio, videlicet Principem Electorem præsentem vel absentem, in Regem Romanum elegerint, vocem illius electi, si præsens affuerit, aut nunciorum ipsius, si eum abesse contingeret, plenum vigorem habere, & eligentium augere numerum partemque majorem decernimus constituere, ad instar cæterorum Principum Electorum.

CAPUT III.

De Sessione Trevirens. Coloniensis & Moguntini Archiepiscoporum.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis feliciter, Amen: CAROLUS QUARTUS, divina favente clementia Rom. Imperator semper Augustus, & Bohemiæ Rex ad perpetuam rei memoriam.

1. Decor & gloria Sacrosancti Rom. Imperii & honor Cæsareus, & Reipub. grata *a*) compendia venerabilium & Illustrium Principum Electorum concordi voluntate foventur: qui velut columnæ proceres sacrum ædificium circumspectæ prudentiæ solerti pietate sustentant: quorum præsidio dextra Imperialis potentiæ roboratur: & quanto mutui favoris ampliori benignitate stringuntur, tanto uberioris pacis & tranquillitatis commoda feliciter profluunt populo Christiano. *a m. inconvulsa.*

2. Ut igitur inter venerabiles Moguntinensem, Coloniensem, nec non Trevirensem Archiepiscopos, sacri Imperii Principes Electores omnium litium & suspicionũ mala quæ de prioritate seu dignitate sessionum suarum in Curiis Imperialibus & Regalibus suboriri valerent, in posterum perpetuis in antea temporibus amputentur, & ipsi in cordis & animorum quieta cõditione manentes, de opportunitatibus sacri Imperii concordi favore & virtuosæ dilectionis studio convenientius meditari valeant pro consolatione populi Christiani, habita deliberatione cum omnibus Principibus Electoribus, tam Ecclesiasticis quàm Secularibus, & de ipsorũ consilio, decernimus & de Imperatoriæ potestatis plenitudine hac edictali lege perpetuò valitura sancimus, quod supradicti venerabiles Archiepiscopi, Trevirensis videlicet ex opposito, *b*) & lineari directione versus Imperatoris faciem: Moguntinens. verò in suis diœcesi & provincia, & extra provinciam suã in toto *c*) Cancellariatu suo Germanico, provincia Coloniens. dumtaxat excepta: & demum Colon. in suis diœcesi & provincia, & extra provinciam suam, in tota Italia & Gallia, in dextro latere Roman. Cæsaris sedere possint, valeant & debeant, in omnibus publicis actibus Imperialibus, puta judiciis *d*) collocationibus feudorum, in refectionibus mensarum, ac etiam in consiliis & omnibus aliis agendis propter quæ contingit seu continget eos pro honore seu utilitate Imperiali tractandis mutuò cõvenire. Et hunc modũ sessionis sub omni eo ordine sicut exprimitur

b m. opposito lineari.

c m. Archicancellariatum.

d m. Collationibus.

mitur ſuperius, ad prædictorum Colonienſis, Trevirenſis & Moguntinenſis Archiepiſcoporum ſucceſſores perpetuò extendi volumus, ut nullo unquam tempore ſuper his quævis dubietas generetur.

Caput IV.

De Principibus Electoribus in communi.

a m. celebrari.

b m. contingit.

STatuimus inſuper, ut quotieſcunque Imperialem curiam ex nunc in antea *a*) celebrare contigerit, in qualibet ſeſſione, videlicet tam in conſilio, quam in menſa, & locis aliis quibuſcunque, ubi Imperatorem vel Regem Romanorum cum Principibus Electoribus ſedere *b*) contigerit; à dextro latere Imperatoris vel Regis Roman. immediatè poſt Archiepiſcopum Moguntinenſem, vel Colonienſem, illũ videlicet quem tunc temporis pro qualitate locorum & varietate provinciarum juxta privilegii ſui tenorem, dicto lateri dextro Imperatoris aſſidere cõtigerit, Rex Bohemiæ, cum ſit Princeps coronatus & unctus, primum, & poſt eum continuò Comes Palatinus Rheni ſecundum ſedendi loca debeant obtinere: Ad ſiniſtrã v. partem immediatè poſt illum, quem ex prædictis Archiepiſcopis in latere ſiniſtro ſedere continget, primum locum Dux Saxoniæ, & poſt eum Marchio Brandenburgenſium alterum obtinebit.

2. Cæterum quoties & quando deinceps ſacrum vacare continget Imperium, extunc Moguntinenſis Archiepiſcopus poteſtatem habebit, ſicut poteſtatem habuiſſe dinoſcitur ab antiquo, cæteros Principes antedictos, ſuos in dicta electione conſortes literatoriè convocandi. Quibus omnibus, ſeu his potuerint & voluerint intereſſe in electionis termino invicem congregatis, dictus Archiepiſcopus Moguntinenſis, & non alter, eorundem Coëlectorum ſuorum vota ſingulariter habebit inquirere, ordine ſubſequenti.

3. Primo quidem interrogabit à Trevirenſi Archiepiſcopo, cui primam vocem competere declamus, ſicut invenimus hactenus competiiſſe; Secũdo à

Colo-

Coloniensi Archiepiscoqo, cui competit dignitas nec non officium Romanorum Regi primum diadema Regium imponendi: Tertio à Rege Bohemiæ, qui inter Electores Laicos ex regiæ dignitatis fastigio jure & merito obtinet primatum: Quarto, à Comite Palatino Rheni: Quinto, Duce Saxoniæ: Sexto, à Marchione Brandenburgens. Horum omnium vota, præmisso jam ordine dictus Archiepiscopus Moguntinensis perquiret. Quo facto dicti Principes sui consortes ipsum viceversa requirent, ut & ipse intentionem suam exprimat, & ipsis aperiat votum suum.

4. Præterea in celebratione Imperialis Curiæ, Marchio Brandenburgensium aquam lavandis Imperatoris vel Regis Romani manibus ministrabit. Primum verò potum Rex Bohemiæ: quem tamen sub corona regali, juxta privilegiorum *a*] regni sui continentiam, nisi libera voluntate voluerit, non tenebitur: Et Dux Saxoniæ *b*] mare stallatus officium exercebit, ut solitum est fieri ab antiquo,

a *m. suorũ cont.*

b *m. Mareschallatus.*

CAPUT V.

De jure Comitis Palatini, & Saxoniæ Ducis.

QUoties insuper, ut præmittitur, sacrum vocare continget Imperium, Illustris Comes Palatinus Rheni, sacri Imperii Archidapifer ad manus futuri Regis Romani in partibus Rheni & Sueviæ, & in jure Franconio, ratione Principatus, seu Comitatus Palatinus privilegio, esse debet provisor ipsius imperii, cum potestate judicia exercendi, ad beneficia Ecclesiastica præsentandi recolligendi *c*] redditus & proventus, & investiendi de feudis, juramenta fidelitatis vice & nomine S. Imperii recipiendi: quæ tamen per Regem Romanum postea electum, suo tempore omnia innovari, & de novo juramenta ipsi præstari debebunt: feudis Principum dundaxat exceptis, & illis quæ *d*] **von Lehen** vulgarit er appellantur; quorum investituram & collationem soli Imperatori vel Regi Romano specialiter reservamus. Ipse tamen Comes Palatinus omne genus alienationis seu obli-

c *m. reditus.*

d *m.* **Fahnlehen.**

obligationis rerum Imperialium hujusmodi provisionis tempore expresse sibi noverit interdictum.

2. Et eodem jure provisionis Illustrem Ducem Saxoniæ sacri Imperii Archimareschallum frui volumus in illis locis, ubi Saxonica jura servantur sub omnibus modis & conditionibus, sicut superius est expressum.

a m. impetitus.

3. Et quamvis Imperator sive Rex Romanorum super causis pro quibus *a*) impeditus fuerit, habeat, sicut & consuetudine introductum dicitur, coram Comite Palatino Rheni, sacri Imperii Archidapifero Electore Principe respondere: illud tamen judicium Comes ipse Palatinus non alibi præterquam in Imperiali Curia, ubi Imperator seu Romanorum Rex præsens extiterit, poterit exercere.

CAPUT VI.

De comparatione Principum Electorum ad alios Principes communes.

b m. interfinis perpetuo.

c m. praeminentia.

d m. non habet seu causa.

Decernimus ut in celebratione Imperialis Curiæ, quotiescunque illam deinceps *b*) celebrari contigerit, antedicti Principes Electores, Ecclesiastici & seculares, juxta præscriptum ordinem atque modum, à dextris & à sinistris immutabiliter teneant loca sua, eisque vel eorum alicui in quibuscunque actibus ad Curiam ipsam spectantibus eundo, sedendo, vel stando, nullus Princeps alius, cujuscunque status, dignitatis, *c*) præeminentiæ vel conditionis existat, nullatenus præferatur: Eo signanter expresso, quod nominatim Rex Bohemiæ in celebratione Curiarum hujusmodi, in omnib⁹ & singulis actibus antedictis, quemcunque Regem alium, quacunque etiam singulari dignitatis prærogativa fulgentem, quem quovis casu *d*) seu caussa venire vel adesse forte contigerit, immutabiliter antecedat.

CAPUT VII.

De successione Principum.

Inter solicitudines illas innumeras, quibus pro felici statu sacri Imperii, cui auctore Domino feliciter præsi-

præſidemus, cor noſtrum cottidiè fatigatur, ad hoc præcipuè meditatio noſtra dirigitur, qualiter deſiderata & ſalubris ſemper unio inter ſacri Imperii Principes Electores jugiter vigeat, & corda eorum in a] ſinceræ charitatis concordia conſerventur: quorũ providentia ſuo tempore orbi fluctuanti tanto celerius; tantòque facilius ſubvenitur, quando inter eos nullus error ſurrepſerit & purior fuerit charitas cuſtodita, obſcuritate ſuccíſa, & jure cujuslibet dilucidè declarato.

a] *m. ſin cera con cord.*

1. Sanè generaliter longè lateque & publicum quaſi per totum orbem notoriè manifeſtum, Illuſtres Regẽ Bohemiæ, nec non Comitem Palatinum Rheni Ducẽ Saxoniæ, & Marchionem Brandenburgenſem, virtute regni & Principatuum ſuorum in electione Regis Romanorum in Cæſarem promovendi cum cæteris Principibus Eccleſiaſticis ſuis Coelectoribus, jus, vocem & locũ habere, & unâ cum ipſis cenſeri & eſſe veros & legitimos ſacri Imperii Principes Electores, ne inter eorundem Principum ſecularium Electorum filios ſuper jure, voce, & poteſtate præfata, futuris tẽporibus ſcandalorum & diſſenſionum poſſit materia ſuſcitari, & ſic bonũ commune periculoſis dilationibus impediri, futuris auctore DEO cupientes periculis ſalubriter obviare, ſtatuimus & Imperiali auctoritate præſenti lege perpetuis temporibus valitura decernimus, ut poſtquam iidem Principes Electores ſeculares & eorum quilibet eſſe [*b*] deſierit, jus, vox, & poteſtas Electionis hujuſmodi ad filium ſuum primogenitum légitimum Laicum: Illô verò non*] extante, ad ejuſdem primogeniti primogenitum ſimiliter: Laicum liberè & ſine contradictioue cujuſdam devolvatur. Si verò primogenitus hujuſmodi, abſq; *c*] hæredibus legitimis Laicis ab hac luce migraret, virtute præſentis Imperialis edicti, jus, vox, & poteſtas electionis, prædictæ, ad ſeniorẽ fratrẽ Laicum per veram *d*] paternalem lineam deſcendentem, deinceps ad illius primogenitum Laicũ devolvatur. Et talis ſucceſſio in primogenitis & hæredibus Principum eorundẽ in jure, voce & poteſtate præmiſſis, perpetuis tẽporibus obſervetur

infra ca. 25. §. 3.

b] *m. deſi erint.*

**m exi ſtente.*

c] *m: hæred maſculinis legiti. la. vide infra c. 25. §. 2.*

d] *m. pa ternam.*

vetur: Ea tamen conditione & modo, ut si Principem Electorem, seu ejus primogenitum, aut filium seniorem Laicum, mori, & hæredes masculos legitimos Laicos defectum ætatis patientes relinquere contingeret, tunc frater senior ejusdem primogeniti, tutor eorum & administrator existat, donec Senior ex eis legitimam ætatem attigerit: quam in Principe Electore decem & octo annos completos censeri volumus & statuimus perpetuò *a*) & haberi, quam dum *b*) exegerit, jus, vocem, & potestatem, & omnia ab iis dependentia, tutor ipse sibi totaliter cum officio teneatur protinus assignare.

a) *m. non habet* τὸ *&*
b) *m. at. tigerit.*

3. Si verò aliquem ex hujusmodi Principatibus ipsorum *c*) Imperio sacro vacare contingeret, tunc Imperator seu Rex *d*) Romanus, qui pro tempore fuerit, de ipso providere debebit & poterit, tanquam de re ad se & Imperium legitimè devoluta: Salvis *e*) semper privilegiis, juribus & consuetudinibus regni nostri Bohemiæ super electione Regis in casu vacationis per regnicolas, qui jus habet eligendi Regem Bohemiæ, faciendi juxta continentiã eorundem privilegiorum, & observandam consuetudinem diuturnam à Divis Romanis Imperatoribus sive Regibus obtentorum, quibus ex hujusmodi sanctione Imperiali in nullo præjudicare volumus, immò ipsa decernimus nũc & perpetuis futuris temporibus in omni suo tenore & forma indubiam tenere roboris firmitatem.

c) *m. Imperio sacro.*
d) *m. Romanorũ,*
e) *m. tamen semper.*

Caput VIII.

De Regis Bohemiæ, f) & Regnicolarum eius Immunitate.

f) *al. regnicolarum.*

CUm per Divos Romanos Imperatores & Reges prædecessores nostros, Illustribus Bohemiæ Regibus progenitoribus & prædecessoribus nostris, nec non regno Bohemiæ ejusdemque regni coronæ olim concessum fuerit gratiosius & indultum, sitq; in regno eodem à tempore, cujus cõtrarii hodiè non existit memoria, cõsuetudine laudabili inconvulsè servata, diuturnitate temporũ, & præscripta moribus utentiũ sine

con

contradictionis aut interruptionis obstaculo introdu-ctum, quod nullus Princeps, Baro, Nobilis, miles, cliēs, Burgensis, civis nulla denique persona ejusdem, regni & pertinentiarum ejus ubicunque consistentium, cujuscunq; status dignitatis, *a*) pereminentiæ vel conditionis existat, ad cujuscunque actoris instantiam extra regnū ipsum, ad quodcunq; tribunal seu alterius præterquā regis Bohemiæ, & judicium regalis curiæ suæ judiciū citare *b*) poterit, sive trahi nec vocari *c*) debeat, perpetuis in antea temporibus, sive *d*) possit: Ideòque privilegium, consuetudinem & indultum hujusmodi, auctoritate Imperiali, & de Imperialis potestatis plenitudine ex certa scientia innovantes, & etiam confirmantes, hac præsenti nostra constitutione Imperiali perpetuis temporibus valitura statuimus, ut si contra privilegium, consuetudinem & in dultum præfatum, quispiam prædictorum, puta Princeps, Baro, Nobilis, miles, cliens, civis, burgensis, seu rusticus, aut alia quæcunque persona pręmissa ad cujuscunque tribunal extra regnum prædictum Bohemiæ, in quacunque causa criminali, civilive, mixta, seu super quocunque negotio citatus citata vel comparere, vel in judicio respondere minimè teneatur.

a) *m. præeminentiæ.*

b) *m. potuerint.*

c) *m. debeant.*

d) *m. possint.*

inclusa possint &c.

Quod si adversus hujusmodi non comparentes vel non comparentem, à quocunq; Judice, cujuscunq; auctoritatis existat, extra regnum ipsum Bohemiæ constitutio, judicialiter procedi, processus fieri, seu sententias interlocutorias vel definitivas, unam vel plures, in quibuscunq; prænominatis causis sive negotiis, quovis modo fieri, & promulgari cōtingat, auctoritate præmissa, de plenitudine insuper antedictæ Imperatoriæ potestatis, citationes, præcepta, processus, & sententias hujusmodi, nec non executiones, & omnia quæ ex eis vel aliquo eorum quomodolibet sequi, attentari *e*) possent vel fieri, irritamus penitus, & cassamus: Adjicientes expresse, & edicto Imperiali perpetuò valituro, eadem auctoritate & de præmissæ potestatis plentitudine decernētes, ut quemadmodū in prædicto regno Bohemiæ, à tempore cujus contrarii

e) *m. possint.*

non habetur memoria, jugiter observatum existit, Ita nulli prorsus Principi, Baroni, Nobili, militi, clienti, civi, burgensi seu rustico, nulli demum personæ seu incolæ regni Bohemiæ sæpe dicti, cujuscunque status, præeminentiæ, dignitatis, vel conditionis existant vel existat, à quibuscunque processibus, sententiis interlocutoriis, vel diffinitivis, sive præceptis Regis Bohemiæ, aut quorumcunque suorum Judicium, nec non *a*) executionibus eorundem contra se in regali judicio suo coram Regis regni seu prædictorum judicium tribunalibus, factis aut latis, habitis vel ferendis in antea seu fiendis, *b*) ad quodcunque aliud judicium appellare; provocationes quoque seu appellationes hujusmodi, si quas contra hoc interponi *c*) contigerit, eo ipso viribus non subsistant, & appellantes ipsi pœnam perditionis causarum ipso facto se noverint incurrisse.

a *m. executione.*

b *m. addit liceat ad q.*

c *m. contingeret.*

CAPUT IX.

De auri, argenti, & aliarum specierum mineris.

PRæsenti constitutione in perpetuum valitura statuimus, ac de certa scientia declaramus, quod successores nostri Bohemiæ Reges, nec non universi, & singuli Principes Electores, Ecclesiastici, & seculares, qui perpetuò fuerint, universas auri & argenti fodinas atque mineras, stanni, cupri, ferri, plumbi, & alterius cujuscunq; generis metalli, ac etiam salis, tàm inventas, quàm inveniendas in posterum quibuscunq; temporibus, in regno prædicto, ac terris & pertinentiis eidem regno subjectis; nec non supradicti Principes in Principatibus, terris, dominiis ac pertinentiis suis tenere justè possint, & legitimè possidere, cum omnibus juribus, nullo prorsus excepto, prout possunt seu consueverunt talia possideri.

2. Nec non Judæos habere, *a*) theolonia in præterito statuta & indicta percipere: Quodque progenitores nostri Reges Bohemiæ fælicis memoriæ, ipsique Principes Electores, ac progenitores & prædecessores eorum legitimè potuerint usque *b*) in præsens, sicut hoc antiqua laudabili & approbata cõsuetudine, diuturni

a *m. theolonia.*

b *m. ad p.*

turni.

ternique ac longissimi temporis cursu præscripta noscitur observatum.

Caput X.

De monetis.

Statuimus præterea, ut Regi Bohemiæ successori nostro, qui fuerit pro tempore, sicut constat ab antiquo Illustris memoriæ Bohemiæ Regibus nostris prædecessoribus licuisse, & in possessione pacifica cōtinua ipsos fuisse juris subsequentis, videlicet monetas auri & argenti in omni loco & parte Regni sui, & *a)* subditarum ei terrarum & pertinentiarum omniū, ubi Rex ipse decreverit, sibique placuerit, cudi facere, & mandare, sub omnimodo & forma in regno ipso Bohemiæ, in his ad hæc usque tempora observatis. *a m. subjectorum.*

2. Quodque futuris perpetuò Bohemiæ regibus hæc nostra Imperiali constitutione & gratia perpetuò valituris, à quibuscunque Principibus, Magnatibus, Comitibus, & personis aliis, quascunq; terras, castra, possessiones, prædia sive bona liceat emere, comparare, seu in donum vel donationem ex quacunq; causa, aut in obligationem recipere, sub talium terrarum, castrorum, possessionum, prædiorum, seu bonorum conditione consueta, ut videlicet propria recipiantur, vel comparentur ut propria, libera velut libera, & ea quæ dependent in feudum, similiter emantur in feudū, seu comparata taliter teneantur: Ita tamen, quod ipsi Reges Bohemiæ de his quæ modo comparaverint vel receperint, & regno Bohemiæ duxerint applicanda, ad pristina ac consueta Jura de talibus sacro explenda & reddenda Imperio sint adstricti. Præsentem nihilominus constitutionem & gratiam, virtute præsentis legis nostræ Imperialis ad universos Principes Electores, tam Ecclesiasticos quàm seculares, successores & legitimos hæredes ipsorum plenè extendi volumus, sub omnibus (modis) & conditionibus, ut præfertur.

Caput XI.

De Immunitate Principum Electorum.

STatuimus etiã,ut nulli Comites, Barones, Nobiles feudales, vasalli, Castrẽses, milites, clientes, cives, Burgẽses, nullæ quoq; personæ Coloniensis, Moguntinensis & Trevirẽsis Ecclesiis subjecti vel subjectæ, cujuscunque status, conditionis vel dignitatis existant, ad cujuscunq; actoris instantiã, extra territoriũ & terminos ac limites earundem Ecclesiarũ & pertinentiarum suarum: ad quodcunque aliud tribunal, seu cujusvis alterius, præterquam Archiepiscoporum Moguntinensis, Trevirensis, & Coloniensis, & judicium suorum judicum, citari poterint temporibus retroactis, vel trahi seu vocari debeant, perpetuis in ante temporibus sive possint, sicut *a*) præteritis invenimus tẽporibus observatum. Quod si contra præsens dictum nostrum prædictos Ecclesiarum Trevirẽsis, Moguntinensis, seu Coloniensis subditos, vel eorum aliquem seu aliquos, ad cujuscũque instantiam, seu ad cujuscunque tribunal, pro quacunq; causa criminali, civili, vel mixta, seu quocunq; negotio, extra territorium, limites seu terminos dictarum Ecclesiarum, vel alicujus earũ, citari contingeret, comparere, vel respondere minimè teneantur: & citatio ac prorsus & sententiæ interlocutoriæ vel diffinitivæ contra non venientes à talibus judicibus extraneis latæ vel factæ, fiendæ vel ferendæ, nec non præcepta & præmissorum executiones, & omnia, quæ ex eis, vel aliquo eorũ, quomodolibet sequi attẽtari possent, vel fieri, irrita decernimus eo ipso.

a) *m. in pr.*

2. Adjicientes exprẽssè, quod nulli Comiti, Baroni, Nobili feudali; vasallo, castrẽsi, militi, clienti, civi, rustico, nulli demum personæ Ecclesiis hujusmodi subjectæ, seu eius incolæ, cujuscunq; status, dignitatis vel conditionis existant, à processibus, sententiis interlocutoriis, & definitivis, sive præceptis Archiepiscoporũ & Ecclesiarum hujusmodi, ut suorum officiatorum tẽporalium. aut executionibus eorundẽ contra se in Archiepiscopali, sui officiatorum prædictorum judicio

factis

factis aut latis, habitis, vel ferendis in antea seu feudis ad quodcunque tribunal aliud liceat appellare, quamdiu in Archiepiscoporum prædictorum & suorum judicio querulantibus non fuerit justitia denegata, appellationes contra hoc factas non recipi statuimus, cassasque & irritas nunciamus. In *a*) defectum verò justitiæ, prædictis omnibus ad Imperialem duntaxat curiam & tribunal, seu Judicis immediatè in Imperiali Curia pro tempore præsidentis audientiam: & etiam eo casu, non ad quemvis alium Judicem, sive Ordinarium sive *b*) etiam Delegatum, his quibus denegata fuerit justitia, liceat appellare. Quicquid verò contra præmissa factum fuerit, sit irritum eo ipso.

a) *m. Defectus.*

b *m. non habet* τὸ *etiam.*

3. Eandem constitutionem virtute præsentis legis nostræ Imperialis, ad Illustres Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxoniæ, & Marchionem Brandenburgensium, Principes Electores seculares, sive Laicos, hæredes, successores & subditos eorum, *e*) plenè extendi volumus, sub omnibus modis & conditionibus, ut præfertur.

e *m. plenissimè.*

CAPUT XII.

De congregatione Principum.

INter illas multiplices Reipublicæ curas, quibus assiduè mens nostra distrahitur, multa consideratione necessarium fore prospexit nostra sublimitas, ut sacri Imperii Principes Electores, ad tractandum de ipsius Imperii operisque salute, frequentiùs solito congregētur: qui solidæ bases Imperii: & columnæ immobiles, quemadmodum per longinquas ad invicem terrarum consistunt distantias, ita de incumbentibus regionum sibi cognitarum defectibus referre simul & conferre noverunt, sanisque providentiæ suæ consiliis non ignorant accommodis talium reformationibus salubriter opem dare.

2. Hinc est, quòd in solemni curia nostra in Nuremberg cum venerabilibus Ecclesiasticis & Illustribus secularibus Principibus Electoribus, & multis aliis Principibus & proceribus per nostram celsitudinē celebra-

lebrata, habita cum ejusdem Principibus Electoribus, tàm Ecclesiasticis: quàm secularibus, duximus ordinandū quod iidē Principes Electores de cætero per singulos annos semel transactis à festo resurrectionis Dominicæ quatuor septimanis continuè numerandis, in aliqua Civitatum S. Imperii personaliter congregentur, & ad idem tempus proximè affuturum, seu anno præsenti, colloquium, seu curia, & congregatio hujusmodi, in civitate nostra Imperiali Metensi, per nos & eosdē Principes celebretur: ac tunc deinceps die quolibet congregationis hujusmodi locus per nos, quo *a*) frequenti anno conveniant, ipsorum cōsilio statuatur. Hac nostra ordinatione ad nostram & ipsorum dumtaxat beneplacitum duratura. Qua durante ipsos sub nostro Imperiali conductu recipimus ad dictam curiam accedendo, stando & etiam recedendo

a m. sequenti.

3. Præterea ne tractatus communis salutis & pacis per tractum & moram solatii seu excessivam *b*) frequentionem convivii retardetur, ut aliquando fieri est consuetum, concordi voluntate duximus ordinandum, ut deinceps curia seu congregatione præfata durante, generales omnium Principum celebrare alicui non liceat invitatas: particulares verò, quæ agendorum expeditionem non impediant, cum moderamine sint permissæ.

b m. frequentiam.

Caput XIII.

De c) revocatione privilegiorum.

c m. revocatoria.

Præterea statuimus & in hoc Imperiali perpetuo sancimus edicto, quod universa privilegia & literæ quibuscunq; personis, cujuscunq; status, *d*) præeminentiæ, vel dignitatis existant, seu civitatum, oppidorum, & quorumlibet locorum universitatibus, super quibuscunq; juribus, gratiis, *e*) immunitatibus cōsuetudinibus, seu rebus aliis, etiam proprio motu, *f*) à nobis vel recolēdæ memoriæ Divis Romanis Imperatoribus, sive Regibus prædecessoribus nostris Romanis Imperatoribus & Regibus *g*) in antea concedenda seu concedendæ, non debeant aut possint libertati-bus

d m. præminentia.

e m. immunitatibus.

f m. alias à.

g m. futuris tem-

bus,jurisdictionibus,juribus,honoribus,seu dominiis Principum Electorum sacri Imperii Ecclesiasticorum & secularium, aut alicujus ipsorum in aliquo penitus derogare, etiam si in talibus privilegiis & literis quarumlibet personarum cujuscunque *a*) præeminentiæ, dignitatis,aut status,extiterint, ut præfertur, seu universitatum hujusmodi,expressè cautum sit, vel fuerit in futurum,quod revocabilia seu revocabiles esse non debeant,nisi de ipsis,& toto in eis comprehenso tenore,in tali revocatione fieret de verbo ad verbum seriatim mentio specialis. Hujusmodi namque privilegia & literas,si & in quantum libertatibus, jurisdictionibus,juribus, honoribus seu dominiis *b*) dictorũ Principum Electorum,aut alicujus ipsorum, derogare *c*) censentur in aliquo,quod revocamus ex certa scientia & cassamus, revocataque & revocatas intelligi *d*) & haberi decernimus de plenitudine Imperatoriæ potestatis.

poribus cons.

a *m. præeminentia.*

b *m.interponit,quæ superius exprimuntur, dictor.*

c *m.addit vel obviare c.i.a.quo ad hoc.*

d *m.addit reputari & h.volumus de Imp.plin. por.*

Caput XIV.

De his, quibus ut indignis auferuntur bona feudalia.

IN plerisque partibus vasalli & feudatarii dominorum feuda seu beneficia, quæ à Dominis ipsis obtinent,intempestivè verbaliter, & in fraudem renunciant seu resignant eadem:& facta *e*)resignatione hujusmodi,dominos ipsos malitiosè diffidant, suasque inimicitias eis denunciant, damna *f*) eis subsequenter gravia inferendo:& beneficia seu feuda sic relicta prætextu gvverræ seu inimicitiæ, iterum invadunt & occupant, & detinent occupata. Ea propter præsenti constitutione in perpetuum valitura sancimus, quod talis resignatio seu renuntiatio haberi debeat pro non facta,nisi liberè & realiter facta fuerit per eosdem, ita quod possessio beneficiorum & feudorum hujusmodi dominis ipsis corporaliter & realiter assignetur in tantum quod nullo unquam tempore diffidentes ipsi in bonis,seu beneficiis resignatis,dominos ipsos perturbent,per se aut alios,aut molestent, nec ad hoc consi-

e *m. renuntiatione.*

f *m.ipsis.*

a *m.facientes.* lium præstent auxilium vel favorem. Contrarium *a*) facientes, seu dominos suos in beneficiis & feudis resignatis vel non resignatis invadens, quomodolibet vel perturbans, vel damna ipsis inferens, seu consilium auxilium præstans talia facientibus, vel favorem, feuda & beneficia hujusmodi eo ipso amittat, infamis existat, & banno Imperiali subjaceat, & nullus ad feuda vel beneficia hujusmodi pateat ei de cætero quocunque tempore aditus vel regressus, nec de novo sibi concedi valeant nullo modo: & facta eis cõtra hoc il-
b *m.viribus.* lorum concessio seu investitura secuta *b*) viribus non subsistat Postremò omnes pœnas prædictas illos vel illum qui prædicta resignatione non facta contra dominos suos fraudulenter agentes vel agens, scienter eos invaserint vel invaserit, diffidatione quacunque prævia vel omissa, vigore præsentis sanctionis incurrere decernimus ipso facto.

CAPUT XV.

c *al.conspirationibus.*

De c) *conspirationibus.*

Detestandas præterea, & sacris legibus reprobatas conspirationes & conventicula, seu obligationes illicitas, in civitatibus & extra vel inter civitatem & civitatem, inter personam & personam, sive in-
d *m. receptionibus* ter personam & civitatem prætextu parentelæ, seu, *d*) receptionis in cives, vel alterius cujuscunque coloris
e *m. conjurationes.* *e*) communicationes insuper & confœderationes & pacta, nec non & consuetudinem circa hujusmodi introductam, quam censemus potius corruptelam, reprobamus, damnamus, & ex certa scientia irritamus: quas civitates seu personæ cujuscunque dignitatis seu conditionis, aut status, sive inter se, sive cum aliis inter se, sive cum aliis absq; auctoritate dominorum, quorum subditi vel ministeriales, seu in quorum districtu consistunt, eisdem dominis nominatim non excep-
f *m.fecerint.* tis *f*) fecerunt hactenus, & facere præsumpserunt in futuro, sicut *g*) eas per sacras divorum Augustorum
g *m. delet pronomen.* prædecessorum nostrorum leges prohibitas non ambigitur & cassatas.

1. Illis

1. Illis confœderationibus & *a*) ligis duntaxat exceptis, quas Principes & Civitates ac alii super generali pace provinciarum atque terrarum inter se *b*) firmasse noscuntur. Illas enim nostræ declarationi specialiter reservantes, in suo decernimus vigore manere, donec de his aliud duxerimus ordinandum.

a *m. ligis. quod probius.*
b *m firmasse.*

2. Personarum singularem quæ de cætero contra tenorem præsentis constitutionis *c*) nostræ legis antiquæ super hoc editæ, confœderationes, colligationes, conspirationes & pacta hujusmodi inire præsumserit, ultra pœnam legis ejusdem, notam infamiæ & pœnā decem librarum auri. Civitatem verò vel universitatem in hanc legem nostram similiter committentem, centum librarum auri, nec non amissionis & privationis libertatū & privilegiorum Imperialium, pœnas incurrere decernimus eo ipso, medietate pœnæ hujusmodi pecuniar æ, fisco Imperiali; reliqua verò domino districtus, in cujus præjudicium factæ fuerint, applicanda.

c *m. ac legis nostra an.*

CAPUT XVI.

De Pfalburgeriis.

v. Henrici R. cōst. c. 4. & 5. seqq. Sigismundi Bulla cap. 3 cum 2. seqq.

CÆterum quia nonnulli cives & subditi Principum, Baronum, & aliorum hominum, sicuti frequens ad nos querela perduxit, jugum *d*) originariæ subjectionis quærentes abiicere, immo *e*) ausu temerario contemnentes, in aliarum civitatum cives recipi minus in priorum dominorū, quos tali fraude præsumpserunt vel præsumunt deserere, terris, civitatibus, oppidis & villis corporaliter residentes, civitatum, ad quas hoc modo transferunt, libertatibus gaudere, & ab eis defensari contendunt, qui in partibus Alamaniæ Pfalburgerii consueverunt vulgariter appellari: Quoniam *f*) igitur patrocinari non debent alicui fraus & dolus de Imperatoriæ potestatis plenitudine, omnium Principum Electorum, Ecclesiasticorum & secularium sano accedente consilio ex certa scientia statuimus, & præsenti lege perpe-

d *m. ordinaria.*
e *m. ausu contemnentes.*
f *m. autem.*

tuò valituro sancimus, quod prædicti cives & subditi, eis quibus subsunt, taliter illudentes, in omnibus, terris, locis, & provinciis sacri Imperii, à præsenti die in posterum, civitatum in quarum cives *a*) tali fraude recipi se procurarunt, juribus & libertatibus in nullo potiantur, nisi ad hujusmodi civitates corporaliter & realiter transeuntes, ibique larem foventes, *b*) continuè & verè ac non fictè residentiam facientes, debita onera & municipalia subeant munera in eisdem.

a m. qui tali.

b m. continuo verè & non.

2. Si qui verò contra præsentis nostræ legis tenorem recepti sint, vel fuerint in futurum, illorum receptio omni careat firmitate, & recepti, cujuscunque conditionis, dignitatis aut status existant, in nullo casu penitus sive causa civitatum, ad quas recipi se procurant, juribus *c*) vel libertatibus gaudeant quomodolibet vel fruantur: Non obstantibus quibuscunque juribus, privilegiis, vel consuetudinibus observatis quantocunque tempore & obtentis: Quos & quæ in quãtum præsenti nostræ legi obviant, præsentibus ex certa scientia revocamus de prædictæ Imperialis plenitudine potestatis, omnique carere decernimus robore firmitatis: Circa præmissa omnium Principum, dominorum & aliorum hominum, quos taliter deseri *d*) cõtingit vel continget in posterum, juribus circa personas & bona subditorum quorumcunque, ipsos sæpe dicto modo deserentium, semper salvis. Hos nihilominus qui sæpe dictos cives & subditos alienos recipere, contra præsentis nostræ legis dispositionẽ præsumpserint, vel recipere in præterito præsumserunt, si eos omnino non dimiserint infra mensem post intimationem præsentium eis factam cẽtum marcas auri puri pro transgressione hujusmodi, totiens quotiens deinceps factum fuerit, incurrere decernentes, quatum medietas Imperiali fisco nostro, reliqua verò dominis illorum, qui recepti fuerint, irremissibiliter *e*) applicetur.

c m. &

d m contingit.

Bulla Sigismundi cap. 2. & 8.

e m. applicentur.

CAPUT XVII.

De diffidationibus.

EOs qui de cætero adversus aliquos *a*) justam diffidationis causam se habere fingentes, ipsos in locis ubi domicilia non obtinent; aut ea communiter non inhabitant, intempestivè diffidant, declaramus damna *b*) quemcunque per incendia, spolia vel rapinas diffidatis ipsis, cum honore suo inferre non posse. Et quia patrocinari non debent alicui fraus & dolus, præsenti constitutione in perpetuum valitura sancimus, *c*) diffidantes hujusmodi quibuscunque dominis aut personis, cum quibus aliqui fuerunt in societate, familiaritate, vel honesta quavis amicitia conversati, sic factas vel fiendas in posterum, non valere, nec licere prætextu diffidationis cujuslibet quempiam invadi per incendia, spolia, vel rapinas: nisi diffidatio per tres dies naturales ipsi diffidando personaliter, vel in loco quo habitare consuevit, publicè fuerit intimata, possitque de intimatione hujusmodi per testes idoneos fieri plena fides. Quisquis secus quempiam diffidare *d*) vel invadere modo præmisso præsumserit, infamiam eo ipso incurrat, ac si nulla diffidatio facta esset: Quē etiam tanquam proditorem per quoscunque Judices pœnis legalibus statuimus castigari.

Reformatio Frid. III. Imp. cap. I. & constit. deß Landfriedens A. 1467. §. 3.

a *m. insertam.*

b *m. quacunque.*

c *m diffidationes.*

d *m. &*

2. Prohibemus etiam & damnamus universas & singulas guerras & lites injustas: cuncta quoque injusta incendia, spolia & rapinas, indebita & consueta *e*) thelonia, & conductus, & exactiones per ipsis cōductibus extorqueri consuetas, sub pœnis quibus sacræ leges præmissa, & eorum quodlibet sanciunt punienda.

e *m. thelonibus.*

CAPUT XVIII.

Littera imitationis.

* *al. addunt pro electione Regis Romanorum fienda.*

V*Obis, Illustri & magnifico Principi, Domini Marchioni Brandenburgensi Sacri Imperii Archicamerario, Coelectori, & amico nostro clarissimo, Electioni Romani*

a m. jam. Imp faci. endam.

mani Regis, quæ ex rationalibus causis a) imminet facienda, præsentibus intimamus: Vosq; ex officii nostri debito ad electionem præfatam, rite vocamus: Quotiens à die tali, &c. infra tres menses continuo computandos per vos seu nuncios aut procuratores vestros, unum vel plures, sufficiens mandatum habentes, ad locum debitum, juxta formam sacrarum legum super hoc editarum, venire curetis, deliberaturi, tractaturi, & concordaturi, cũ aliis Conprincipibus & Coelectoribus vestris & nostris, de electione futuri Regis Romanorũ in Imperatorem postmodum favente Domino promovendi, in eodem mansuri usque ad plenam b) confirmationem electionis hujusmodi &c) aliàs facturi & processuri prout in sacris legibus super hoc deliberatè editis invenitur expressum: aliàs non obstante vestra seu vestrorum absentia, in præmissis unà cum aliis Conprincipibus & Coelectoribus d) vestris, prout legum ipsarum sancivit auctoritas, finaliter procedemus.

b m. consummationem.
c m. aliàs
d m. nostris.

Caput XIX.

Forma procuratorii mittendi per eum Principem Electorem, qui nuncios suos ad electionem faciendam duxerit destinandos.

NOs, talis Dei gratia, &c. Sacri Imperii, &c. Notum facimus tenore præsentium univeṙsis Quod cũ electio Romanorũ Regis ex rationalibus causis imminet faciẽda, nos de honore & statu Sacri Imperii sollicitudine debita intendere cupientes, ne tàm gravibus dispendiis periculosè subjaceat, de fide & circumspectionis industria dilectorum nobis talis & c fidelium nostrorũ obtinentes, utiq; præsumptionis in dubia fiduciam singularem, ipsos & quẽlibet eorum in solidum, ita quod nõ sit melior conditio occupantis, sed quod per unum e) inceptum fuerit, per alium finiri valeat & licitè terminari, omni jure, modo & forma quibus melius & efficacius possumus seu valemus, nostros veros & legitimos procuratores, & nuncios speciales, facimus, constituimus, & ordinamus ad tractandum ubilibet unà cum aliis Conprincipibus & Coelectoribus nostris, tã Ecclesiasticis quàm secularibus, & cum ipsis f) concordabunt, & concludent de persona quacunque habili & idonea in Regem Romanum eligenda, & ipsis tractatibus super electio-

e m. addit, eorum.

f m. concordandum conveniendum &

lectione talis personæ habendis, pro nobis loco & nomine nostris interessendum, tractandum & deliberandum, nec non vice & nomine nostris eandem personam nominandũ, & in ipsam consentiendum, ac etiam in Regem Romanum promovendum, ad sacrum Imperium eligendum, ac in animam nostram præstandum quodcunque juramentum necessarium. debitum, a) & consuetum fuerit, circa præmissa & quodlibet præmissorum, alium vel alios procuratores in solidum substituendum & revocandum, & omnia & singula faciendum quæ in præmissis & circa præmissa, etiam usque ad consummationẽ tractatuum, nominationis, deliberationis, & electionis hujusmodi de præsẽti facienda necessaria aut utilia fuerint seu etiam quomodolibet opportuna, etiamsi præmissa vel eorũ quodlibet, mandatũ exigant speciale, etiam si majora vel magis singularia fuerint supradictis, & quæ nosmet ipsi facere possemus, si hujusmodi tractatuum, deliberationis, nominationis & electionis futuræ negotiis præsentes & personaliter adessemus: Gratum & ratum habentes & habere volentes, & nos perpetuò habituros firmiter promittentes, quicquid per antedictos procuratores seu nuncios nostros, nec non substitutos aut substituendos, ab ipsis seu eorum altero, in præmissis seu præmissorum quolibet, actum, gestum, seu factum fuerit, aut quomodolibet ordinatum.

conclu-dendum.

a m. sen.

CAPUT XX.

De unione Principatuum Electorum, & jurium eis connexorum.

CUm universi & singuli Principatus, quorum virtute seculares Principes Electores jus, & vocem in electione Romanorum Regis in Cæsarem promovẽdi, obtinere noscuntur, cum jure hujusmodi, nec nõ officiis, dignitatibus & juribus aliis, eis cuilibet eorũ annexis & depẽdentibus ab eisdẽ, adeò cõjuncti & inseparabiliter sint *b*) uniti, quod jus. vox, officiũ & dignitas, alia quoque jura ad quemlibet Principatũ eorũdem spectantia cadere non possint in alium, præter illum, qui Principatum ipsum cum terra, vasallagiis, feudis & dominio, ac ejus pertinentiis universis dignoscitur possidere, præsenti edicto Imperiali perpetuo vali-

Electionis jura ut in hæreãt principatui Electorali, & sequantur solũ possidentem.

b m. uniti.

valituro sancimus, unumquemq; Principatuum prædictorum, cum jure, & voce electionis ac officio, cæterisque omnibus dignitatibus, juribus & pertinentiis ad ipsum spectantibus, ita perseverare & esse debere unitum perpetuis temporibus indivisibiliter & conjunctum, quod possessor Principatus cujuslibet, etiam juris, vocis, officii, dignitatis & pertinentiarum omniū ad illum spectantium, quieta debeat & libera possessione gaudere ac Princeps Elector ab omnibus reputari, ipseque, & nemo alius per cæteros Principes Electores ad electionem & omnes actus alios pro sacri Imperii honore vel opportunitate gerendos, omni tempore assumi sine contradictione qualibet, & admitti, nec aliquid præmissorum ab altero, cum sicut & esse debeant inseparabilia, dividi vel ullo tempore debeant separari, aut in judicio vel extra, divisim repeti valeat, aut evinci, vel etiam per sententiam separari, nec aliquis unum sine alio impetens audiatur. Quod si per errorem vel aliàs auditus quis fuerit, aut processus, judicium, sententia, vel aliquid hujuscemodi contra præsentem dispositionem nostram emanaverit, seu quomodolibet attentari contigerit, hoc totum, & omnia ex his & quodlibet eorum sequentia, eo ipso a) viribus non subsistant.

Electoratū sine electione & electionem sine Electoratu, jure non consistere, & de facto impetratum pro nullo haberi.

a *m. viribus.*

Caput XXI.

De ordine processionis inter Archiepiscopos.

Quoniam autem superius in principio constitutionum nostrarum præsenrium circa b) ordinē Ecclesiasticorum, Principum Electorum in consilio & in mensa, c) & aliàs quotiēs ImperialemCuriam celebrari, seu Principes Electores deinceps cum Imperatore vel Rege Roman. congregari contigerit, sufficienter duximus providendum, super qua priscis audivimus temporibus pluries disceptatum: Expedire credimus etiam processionis & deambulationis inter eos ordinem diffinire. Quapropter hoc perpetuo Imperiali edicto decernimus, ut quotiescunque in congregatione Imperatoris, vel Regis Romanorum, & Prin-

b *m. ordinationem.*
c *m. vel.*

Principum prædictorum, Imperatore, vel Rege ipso deambulante, insignia ante faciem suam portari contigerit, Archiepiscopus Trevirensis in directa diametrali linea ante Imperatorem, vel Regem transeat, illique soli medii inter eos ambulent, quos Imperialia vel Regalia continget insignia deportare. Dum autem Imperator vel Rex absque insigniis eisdem incesserit, ex tunc idem Archiepiscopus Imperatorem vel Regem præfato modo præcedat, ita quod nemo penitus inter eos medius habeatur: Aliis duobus Archiepiscopis Electoribus loca sua, juxta distinctionē provinciarum suarum, circa sessionem superius declaratam, etiam circa processionem perpetuò servaturis.

CAPUT XXII.

De ordine processionis Principum Electorum, & per quos insignia deportentur.

AD declarandum autem, in Imperatoris vel Regis Romanorū deambulantis præsentia, processionis ordinem Principum Electorum, de quo supra fecimus mentionem: Statuimus, ut quotiescunque in celebratione Imperialis Curiæ, Principes, Electores cum Imperatore vel Rege Romanorum, in quibuscunque actibus vel solemnitatibus processionaliter ambulare contigerit, & Imperialia vel Regalia debuerint insignia deportari, Dux Saxoniæ Imperialem vel Regalem ensem deferens, Imperatorem seu Regem immediatè præcedat, & inter illum & Archiepiscopum Trevirensem medius habeatur: Comes verò Palatinus pomum Imperiale portans, à latere dextro: & Marchio Brandenburgensis sceptrum deferens, à latere sinistro ipsius Ducis Saxoniæ * linealiter gradiantur: Rex autem Bohemiæ Imperatorem seu Regem ipsum immediatè, nullo interveniente, sequatur.

* *m. linealiter.*

Caput XXIII.

De benedictionibus Archiepiscoporum in præsentia Imperatoris.

Quoties insuper in Imperatoris, vel Regis Romanorum præsentia Missarum solemnia celebrari, ac Moguntinensis, Trevirensis & Coloniensis Archiepiscopos, vel duos ex eis adesse contigerit in confessione, quæ antè Missam dici consuevit, ac in porrectione Evangelii osculandi, & pace post Agnus Dei portandi, nec non & in benedictionibus postfinita Missarum solemnia, ac etiam ante mensam faciendis, & in gratiis post cibum acceptum agendis: Is inter eos ordo servetur, prout de ipsorum consilio duximus ordinandum; quod prima die hæc omnia & singula à primo, secunda die à secundo, tertia verò à tertio peragantur Primum autem vel secundum *a*) seu tertium hoc casu, secundum quod prius vel posterius quilibet eorum cōsecratus existit, debere intelligi declaramus. Et ut se invicem honore condigno & decenti præveniant, & exemplum aliis præbeant invicem honorandi, is quem circa præmissa ordo tetigerit, *b*) ad hæc alterum convenientia & caritativa inclinatione invitet, & tunc demum ad præmissa procedat, seu quodlibet præmissa procedat.

a *m. aut.*

b *m. ad hos.*

Caput XXIV.

Infra scripta leges promulgata sunt in curia Metensi, per Dominum Carolum IV. Imperatorē, & Bohemiæ Regem, Augustum Anno Domini M. CCC. LVI. in die Natalis Christi assistentibus sibi omnibus S. Romani Imperii Electoribus, præsentibus Dominis venerabili in Christo Patre, Domino T. Episcopo Albanensi sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali, ac Carolo Regis Franciæ primogenito, Normandiæ Duce Illustri, ac Delphino Viennensi.

Inclusa desunt autographo palatino & editioni Coloniensi. tom. 1 Concilior.

Si quis cum Principibus, Militibus vel privatis, seu quibuscunq; personis plebeis etiam scelestam factionem, aut factionis ipsius inierit sacramentum, vel dede-

dederit de nece venerabilium & Illustrium nostrorũ & Sacri Romani Imperii tàm Ecclesiasticorum quàm secularium Principum Electorum, seu alterius eorundem, nam & ipsi pars corporis nostri sunt. Eadẽ enim severitate voluntatem sceleris qua effectum puniri * Iura voluerunt: ipse quidem, utpote majestatis reus, gladio feriatur, bonis ejus omnibus fisco nostro addictis: filii vero ejus, quibus vitam Imperiali specialiter lenitate concedimus: paterno enim deberent perire supplicio, in quibus paterni, hoc est, hæreditarii criminis, metuuntur exempla; à materna vel avita omnium etiam proximorum hæreditate & successione habeantur alieni: Testamentis aliorum nihil capiant, sint perpetuò egentes & pauperes, infamia eos paterna semper comitetur, ad nullum unquam honorem * nulla prorsus Sacramenta perveniant: sint postremò tales, ut his perpetua egestate sordentibus sit & mors solatium & vita supplicium.

* *L. quisquis 5. in princip. C. ad L. Iul. Majestat.*

* *m. nullaque fas.*

2. Denique jubemus eos esse notatos sine venia, qui pro talibus unquam apud nos intervenire tentaverint.

3. Ad filias sanè ipsorum quotlibet numero fuerint, Falcidiam tantum ex bonis matris, sive testata, sive intestata defecerit, volumus pervenire, ut habeant mediocrem potius filiæ alimoniã, quam integrum emolumentum aut nomen hæredis * assequantur. Mitior enim circa eas debet esse sententia, quas pro infirmitate sexus, minus ausuras esse confidimus.

* *m. consequantur.*

4. Emancipationes quoque quæ à prædictis sive in filios post legem duntaxat latam, sive in filias * fuerit collata, non valeant.

* *m. fuerint collocata.*

5. Dotes, donationes quarumlibet, postremò item alienationes, quas ex tempore, quarumlibet fraude vel jure factas esse constiterit, quo primum memorari de ineunda * sanctione ac societate cogitaverint, nullius statuimus esse momenti.

n.

* *m. factione.*

6. Uxores sanè prædictorum recuperata dote, si in ea conditione fuerint, ut quæ à viris titulo donationis acceperunt, filiis debeant reservare, tempore quo

a m. absumuntur. usus fructus *a*) absumitur. Omnia ex fisco nostro se relicturas esse cognoscant, quæ juxta legem filiis debebant: Falcidia etiam ex his rebus filiabus tantum non etiam filiis deputetur.

b m. filiis cavimus etiam de satelli. 7. Id quòd de prædictis eorumque *b*) filiis quo minus etiam de satellibus consciis ac ministris, filiisque eorum, simili severitate censemus. Sanè si quis ex his in exordio initæ factionis, studio veræ laudis accensus, ipse prodiderit factionem, & præmio nobis & honore donabitur. * Is verò qui usus fuerit factione si vel sero, tamen incognita ad huc consiliorum arcana patefecerit, absolutione *c*) tamen ac venia dignus habebitur: Statuimus insuper, ut si quid contra prædictos Principes Electores Ecclesiasticos vel seculares commissum dicatur, etiam post mortem rei id crimen instaurari posse. In hoc item crimine, quod ad læsam in Principibus Electoribus suis majestatem pertinet, etiam in caput Domini servi torquentur.

**Lante. pem. C. ad L. Iul. Majest.*
c m. tantum.

d m. ut. 8. Volumus insuper, & præsenti Imperiali sancimus edicto, ut etiam post mortem nocentiū hoc crimen inchoari possit *d*) & convicto mortuo, memoria eius damnetur, & bona successoribus eius eripiantur, Nam ex quo sceleratissimum quis cœperit consilium, exinde quodammodo sua mente punitus est. Porrò, ex quo quis tale crimen contraxit, neque alienare, neque manumittere eum posse, nec ei solvere jure debitorē decernimus.

e m. causa. 9. In hac causa in caput Domini servos torqueri statuimus, id est, propter causam factionis damnandæ contra Principes Electores Ecclesiasticos & seculares, ut præmittitur. Et si decesserit quis, propter incertam personam successoris bona serventur, si in *e*) casu hujusmodi fuisse mortuus arguatur.

Caput XXV.

De integritate Principatuum Electorum servanda.

f Principes. SI cæteros *f*) Principatus congruit in sua integritate servari, ut corroboretur justitia, & subjecti fideles pace gaudeant & quiete, multo magis magnifici Principa

cipatus,dominia, honores, & jura Electorum Principum debent illæsa servari. Nam ubi majus incumbit periculum, majus debet remedium adhiberi, ne columnis ruentibus,basis totius ædificii collidatur.

1.Decernimus igitur & hoc perpetuis temporibus valituro sancimus edicto, quod ex nunc in antea perpetuis futuris temporibus insignes & magnifici Principatus,videlicet regnum Bohemiæ,Comitatus Palatini Rheni, Ducatus Saxoniæ, & Marchionatus Brandenburgensis,terræ,districtus,homagia,vasallagia, & alia quævis ad ipsa spectantia, scindi; dividi, seu quavis conditione dimembrari non debeant, *a*) sed in sua perfecta integritate perpetua maneant. *inf a §.2. in fin.* *a m.seu ut potius insf.*

2. Primogenitus filius succedat in eis,sibique solijus & dominium competat:nisi forsitan mente captus fatuus,seu alterius famosi & notabilis defectus *b*)existat propter quem non deberet, seu possit hominibus principari. In quo casu, inhibita sibi successione, secundo genitum,si fuerit in ea progenie, seu alium seniorem fratrem,vel consanguineum Laicum, qui paterno stipiti in descendenti recta linea proximor fuerit,volumus successurum:qui tamen apud alios fratres & sorores se clementem & pium exhibebit continuò, juxta datam sibi à DEO gratiam, & juxta suum beneplacitum,& ipsius patrimonii facultates: divisione, scissione,seu dimembratione Principatus & pertinentiarum ejus sibi modis omnibus interdicta. *Vide supra cap. 1. §. 2. & Bullam Sigismu. di de Palatin.§. 4. existeret. supra §.1. hoc cap.*

Caput XXVI.

De Curia Imperiali & sessione.

Die qua solennis Curia imperialis vel Regia fuerit celebranda,*c*) venient circa horam primã Principes Electores Ecclesiastici & seculares ad domum habitationis Imperialis sive Regalis, & ibi Imperator vel Rex *d*)omnibus insigniis Imperialibus induetur:& ascensis equis omnes vadant cum Imperatore,vel Rege ad locum sessionis aptatæ, & *e*) illic quilibet eorũ in ordine & modo supra in lege de ordine processionis ipsorum Principum Electorum plenius diffinito. *c m. veniant.* *p m. ipo omn.* *e m. ibi.*

2. Portabit etiam Archicancellarius, in cujus Archicancellariatu hæc *a*) sunt, super baculo argenteo omnia sigilla & typaria Imperialia sive Regalia.

a m. fuerint.

3. Seculares verò Principes Electores sceptrum, pomum, & ensem, secundum quod superius exprimitur, deportabunt.

4. Portabunt etiam immediatè ante Archiepiscopum Trevirensem suo loco transeuntem, primo Aquisgranensis, secundo Mediolanensis corona, & hoc ante Imperatorem duntaxat, qui jam est Imperialibus infulis decoratus: quas gestabunt aliqui Principes inferiores, ad hoc per Imperatorem juxta placitum deputandi.

m Imperatrix.

5. Imperatrix etiam vel Regina Romanorum suis augustalibus amicta insigniis, post Regem vel Imperatorem immediatè subsequetur, competentis spacii intervallo suis associata proceribus, suisque comitata virginibus, ad locum cessionis procedat.

CAPUT XXVII.

De officiis Principum Electorum in solennibus Curiis Imperatorum vel Regum Romanorum.

STatuimus ut quandocunque Imperator vel Rex Romanorum solemnes Curias suas celebraverit in quibus Principes Electores sua deservire seu exercere debent officia, inscriptus in his ordo servetur.

1. Primò enim Imperatore vel Rege ipso in sede regia sive solio Imperiali sedente, Dux Saxoniæ agat officium suum hoc modo; Ponetur enim ante ædificium sessionis Imperialis vel Regiæ acervus avenæ, tantæ altitudinis, quod pertingat usque ad pectus vel sellam equi; super quo sedebit ipse Dux, & habebit in manu baculum argenteum, & mensuram argenteam, quæ simul faciant in pondere duodecim marcas argenti: & sedens super equo, primo mensuram eandem de avena plenam accipiet, & famulo primitus venienti ministrabit eandem. Quo facto figendo baculo in avenam, recedet, & *b*) Vicemareschallus ejus, puta de Pappen-

b m. Vicemare-

penheim, accedens: vel eo absente, *a*) Mareschallus Curiæ, ulterius avenam ipsam distribuet. *schallus.* *a m. Mareschallus.*

2. Ingresso verò Imperatore vel Rege ad mensam, Principes Electores, Ecclesiastici, videlicet Archiepiscopi, stantes ante mensam cum cæteris Prælatis benedicent eandem secundum ordinem, qui circa hæc eis in superioribus est præscriptus. Et benedictione completa: iidem Archiepiscopi omnes, si adsint; alioquin duo vel unus, sigilla & typaria Imperialia sive Regalia à Cancellario Curiæ recipient: Eoque, in cujus Archicancellariatu curiam ipsam celebrari continget in medio procedente, & aliis duob us ex alterutro latere subjunctis, sigilla & typaria ipsa, omnes quidem baculum, in quo suspensa fuerint manibus contingentes ea portabunt, & ante Imperatorē vel Regem reverenter ponent in mēsa. Imperator verò sive Rex eadē ipsis statim restituet; & in cujus Archicācellariatu hoc fuerit, ut præfertur, is majus sigillū collo appensum usque ad finem mensæ gestabit, & deinceps donec ad hospitium suum perveniat ab Imperiali sive Regali curia equitando. Baculus verò de quo præmittitur, esse debebit argenteus, duodecim marcas argēti habens in pōdere cujus tàm argentei, quàm precii partem tertiam unusquisque Archiepiscoporum ipsorum persolvet, & baculus ipse protinus unà cum sigillis & typariis debet Cancellario Imperialis curiæ assignari, in usus suos beneplacitos convertendus. Postquā autem is quem ordo tetigerit portando sigillum majus ab Imperiali Curia ad hospitium suum redierit, ut præfertur, statim sigillum ipsum per aliquem de suis familiaribus prædicto Imperialis Curiæ Cancellario remittet super equo, quē juxta propriæ dignitatis decentiam & amorem, quem ad Cancellarium Curiæ gesserit, ipsi cancellario tenebitur elargiri.

3. Deinde, Marchio Brandenburgensis Archicamerarius accedat super equo habens argenteas pelves cum aqua in manibus, ponderis duodecim marcarum argenti, & pulchrum manutergium: & descendens ab equo, dabit aquam Domino Imperarori vel Regi Romanorum manibus abluendis. 4. Co-

4. Comes Palatinus Rheni intrabit similiter super equo, habens in manibus quatuor scutellas argenteas cibis impletas, quarum, quælibet tres marcas habeat in statera: & descendens ab equo portabit, & ponet ante Imperatorem vel Regem in mensa.

a m. posthac. 5. *a*) Post hos Rex Bohemiæ Archipincerna veniat similiter super equo, portans in manibus cuppã *b*) seu scyphum argenteum, ponderis duodecim marcarum, coopertum, vino & aqua *c*) permixtum impletum: & descendens de equo, scyphum ipsum Imperatori vel Regi Romanorum porriget ad bibendum.

b m. vel cipham rectius scypham.

c m. permixtum.

d m. ipsorum.

6 Sicut etiam hactenus observatum fuisse comperimus, ita statuimus, ut peractis per Principes Electores seculares prædictis *d*) eorum officiis, ille de Falkenstein Subcamerarius equum & pelves Marchionis Brandenburgensis pro se recipiat.

Magister coquinæ de Nortenburg equum & scutellas Comitis Palatini.

Vicepincerna de Limburg equum & cifum Regis Bohemiæ.

Vicemareschallus de Pappenheim equum, baculum, & mensuram prædictam Ducis Saxoniæ.

Si tamen ipsi in tali Imperiali seu Regali Curia præsentes existant, & eorum quilibet in officio suo ministret: Si verò ipsi vel eorum aliqui à præfata Curia se duxerint absentandos, ex tunc imperialis vel Regalis Curiæ cottidiani ministri, vice absentium, puta quilibet in loco ejus absentis, cui in vocabulo seu officio communicat, sicut geret officium, sic tollat in præmissis & fructum.

Caput XXVIII.

Imperialis insuper mensa vel Regia sic debet abtari, ut ultra alias aulæ tabulas sive mensas in altitudine sex pedum sit altius elevata: in qua præter Imperatorem Romanum duntaxat vel Regem, die solemnis Curiæ, nemo penitus collocetur.

e m. Imperatricis. 2. Sedes verò & mensa *e*) Imperatoris sive Reginæ parabitur à latere in aula, ita quod ipsa mẽsa tribus

pedi-

pedibus Imperiali sive Regali mensæ sit bassior,& totidem pedibus eminentior supra sedes Principum Electorum: qui Principes suas inter se in una eademque altitudine sedes habebunt & mensas.

3. Infra sessionem Imperialem mensæ pro septem Principibus Electoribus, Ecclesiasticis & secularibus præparentur,tres videlicet à dextris,& tres aliæ à sinistris, & septima directè versus faciem Imperatoris vel Regis,sicut superius in capitulo de sessionibus & ordine Principum Electorum per nos est clarius diffinitum: ita etiam quod nullus alius,cujuscunque dignitatis vel status existat,sedeat inter ipsos, vel ad mensas eorum.

4. Non liceat autem alicui prædictorum secularium Principum Electorum peracto officii sui debito, se locare ad mensam sibi paratam, donec alicui suorũ Conprincipum Electorum ejus officium restat agendum; Sed cum aliquis eorum vel aliqui ministerium suum expleverint, ad præparatas sibi mensas transeant, & juxta illas stando, expectent, donec cæteri ministeria sua expleverint supradicta, & tunc demum omnes & singuli pariter ad mensas sibi positas se locabunt.

5. Invenimus etiam ex clarissimis a) relatibus & traditionibus antiquorum,illud à tempore cujus contrarii jam non habetur memoria,per eos,qui nos præcesserunt feliciter, esse jugiter observatum, ut Regis Romanorum futuri Imperatoris in civitate Francofordt celebraretur electio, & prima coronatio Aquisgranensi,& in oppido Nurembergensi prima sua regalis curia haberetur. Quapropter certis ex causis etiam futuris præmissa servari debere temporibus declaramus,nisi præmissis omnibus,seu eorum alicui, impedimentum legitimum obviaret.

a *m.relationibus.*

6. Quandocunque insuper aliquis Princeps Elector Ecclesiasticus vel etiam secularis justo impedimento detentus ad Imperialem Curiam vocatus venire non b) volens nuncium vel procuratorem cujuscunque dignitatis vel status transmiserit, missus ipse, licet

b *m.valens.*

 loco

loco mittendi juxta datum sibi ab eo mandatum admitti debeat, in mensa tamen vel sede, quæ illi, qui ipsum transmittit, deputata fuerit, non sedebit.

7. Præterea consummatis his quæ in Imperiali qualibet Curia sive Regali fuerint pro tempore disponenda recipiet Magister Curiæ pro se totum ædificiū seu ligneum apparatum Imperialis sive Regiæ sessionis, ubi sederit Imperator vel Rex Romanorum cum Principibus Electoribus ad celebrandas solemnes Curias vel feuda, sicut præmittitur, Principibus conferenda.

Caput XXIX.

De juribus Officialium, dum Principes feuda sua ab Imperatore vel Rege Romanorum recipiunt.

Decernimus hoc Imperiali Edicto, ut Principes Electores Ecclesiastici & seculares, dum feuda sua sive Regalia ad Imperatore vel Rege recipiunt, ad dandum vel *a*) faciendum aliquid nulli penitus sint astricti. Nam pecunia quæ tali prætextu persolvitur, officiatis debetur. Cum ergo ipsi Principes Electores cunctis Imperialis Curiæ præsint officiis, suos etiam habētes in hujusmodi officis substitutos, datos ad hoc à Romanis Principibus & dotatos, *b*) videtur absurdum quod substituti Officiales à suis superioribus quocunque quæsito colore *c*) exenna postularent: nisi fortè ipsi Principes Electores sponte & liberaliter his aliquid largirentur.

a m. solvendum.

c m. encenia lege xenia.

2. Porro cæteri Principes Imperii, Ecclesiastici vel seculares, dum prædicto modo eorum aliquis feuda sua ab Imperatore Rom. suscipit, vel à Rege, dabit Officialibus Imperialis sive Regalis Curiæ *d*) sexaginta marcas argenti cum uno fertone: nisi eorum aliquis privilegio seu indultu Imperiali vel Regali tueri se posset, & probare se solutum vel exemptum à talibus, aut etiā aliis quibuscunque quæ solvi in susceptione feudorum hujusmodi consuevissent. Prædictarum insuper sexaginta trium marcarum & fertonis divisionem

d m. sexaginta sex m.

nem

nem faciet Magister Curiæ Imperialis sive Regalis hoc modo; Primo enim dece marcas pro semetipso reservans, dabit Cancellario Imperialis sive Regalis Curiæ decem marcas; Magistris, Notariis, dictatoribus tres marcas, & sigillatori procera & pergameno unum fertonem. Ita videlicet quod Cancellariis & Notariis Principi recipienti feudum non ad aliud, quam ad dandum sibi testimonium recepti feudi seu simplicis investituræ literam, sint adstricti.

Item dabit Magister Curiæ pincernæ de Limburg de præfata pecunia decem marcas, Magistro coquinæ de Nortenberg decem marcas, Vicemareschallo de Papenheim decem marcas, & Cameraro de Falckenstein decem marcas, tali tamen conditione, se ipsi eorum quilibet in hujusmod Curiis solennibus præsentialiter *a*) adsint in suis officiis ministrādo Si verò ipsi, vel aliqui eorum absentes fuerint, ex tunc *b*) officiil Imperialis sive Regalis Curiæ, qui talibus præsunt officiis, eorum quorum supplent absentiam, singuli singulorum, sicut vicem nomenque & laborem sufferunt, sic lucrum & commoda reportabunt.

a m. adsint.
b m. officiales.

Dum autem Princeps aliquis equo vel alteri bestiæ insidens feuda sua ab Imperatore vel Rege recipit, equus ille seu bestia, cujuscunque speciei fit, debetur superiori *c*) Mareschallo, i. e. Duci Saxoniæ, si præsens *d*) fuerit: alioquin illi de Papenheim ejus Vicemareschallo: aut illo absente. Imperialis sive Regalis Curiæ Mareschallo.

c m. Mareschallo ut supra.
d m. affuerit.

CAPUT XXX.

Cum S. Romani celsitudo Imperii diversarum nationum moribus, vita & idiomate distinctarum leges habeat & gubernacula moderari. Dignum est, & cunctorum sapientum judicio censetur expediens, quod Electores Principes, ipsius Imperii columnæ & latera, diversorum idiomatū & linguarum differentiis instruantur, ut plures intelligant & intelligantur à pluribus, qui plurimorum necessitatibus *e*) revelandis Cæsareæ sublimitati assistunt, in partem solicitudinis consti-

e m. relevandis.

conſtituti. Quapropter ſtatuimus, ut Illuſtrium Principum, puta Regis Bohemiæ, Comitis Palatini Rheni, Ducis Saxoniæ & Marchionis Brandenburgenſis Electorum filii vel hæredes & ſucceſſores, cum, veriſimiliter *a*) Theutonicum idioma ſibi naturaliter inditum ſcire *b*) præſumantur, & ab infantia didiciſſe, incipiendo à ſeptimo ætatis ſuæ An. in Germanica, Italica, ac *c*) Slavica linguis inſtruantur. Ita quod infra quartum decimum ætatis An. exiſtant in talibus juxta datam ſibi à DEO gratiam eruditi: cum illud non ſolum utile, imò ex cauſis præmiſſis ſummè neceſſarium habeatur, eò quod illæ linguæ, ut plurimum ad uſum & *d*) neceſſitatem S. Imperii frequentari ſint ſolitæ & in his plus ardua ipſius Imperii negotia ventilentur.

a) *m. Teutonicum idioma ſcrib. Teutonicum* Teutſch.
b m. præſumantur.
c m. Schlav.
d m. utilitatem.
e m. poſuimus.

2. Hunc a. proficiendi modum in præmiſſis *e*) ponimus obſervandum, ut relinquatur optioni Parentum, in filios, ſi quos habuerint, ſeu proximos, quos in Principatibus ſibi credunt veriſimiliter ſucceſſuros, ad loca dirigant, in quibus de cujuſmodi poſſint linguis edoceri, vel in propriis domibus pædagogos inſtructores & pueros conſocios in his petitos eis adjungant, quorum converſatione pariter & doctrina in linguis ipſis valeant erudiri.



SUMMA-

SVMMARIUM TRANSACTIONIS Passaviensis de Anno 1552.

AD hunc conventum primo Lincii in oppido Austriæ postea Passavii indictum, convenerunt Imperatoris Caroli V. Frater Ferdinandus Rex Romanorum cum Filio suo Maximiliano & Mauritius Elector Saxoniæ cum suis confœderatis. Albertus Bavariæ Dux & pluriũ Principum Legati quorum interventu fuit transactum ut Elector Saxoniæ & confœderati ab armis desisterent intra undecimum & 12. mensis Augusti, Cæsarique absque ulteriori damnificatione fideles permanerent & ut Lanagravius Philippus Hassiæ Capitulationem Hallis in Saxonia factam (salvis quibusdam Articulis & punctis) ratificaret & servaret & uterque Elector Saxoniæ ac Brandenburgiæ prout etiam Dux Wolfgangus Palatinus obligationes suas allegatas renovarent, è contra Cæsar Landgravium Hassiæ custodia sua liberatum in Arce sua Rinfels circa idem tempus undecimi & 12. Augusti sisteret, eidemque continuationem munitionis Cassellanæ civitatis gratiosissimè relinqueret, suspensa executione sententiæ Nassavianæ. Nova illa gravamina tempore captivitatis Landgravii in Camera Imperiali obmota cum exceptionibus ad interim suspendantur.

TRACTATVS PASSAVIENSIS ET PACIS RELIGIONIS INTER CAtholicos & Protestantes Imperii Proceres, Anno 1552. 2. Augusti Passaviæ initæ, & 1555. 25. Septemb. Augustæ Vindelicorum in Comitiis confirmatæ.



Os Ferdinandus &c. Fatemur cum ante hac maturè & diversimodè Nos fuimus requisiti qualiter in Sacro Imperio Germanicæ nationis hinc inde variæ cõscriptiones militumque tumultus & belli præparatoria se apparentur ostẽdant,

cæpimus & in principio à prædicto Electore Saxoniæ sua dilectione ipsique adhærentibus postulationes & gravamina in binis diversis scriptis accepimus, & consequenter summa industria ponderavimus, ipsam caussam fideliter perpendendo, quomodo illa ad amicabilem transactionem disponi & illa eminentia damnosissima belli præparatoria tolli & stabilis pax, tranquillitas & unitas in Sacro Imperio Germanicæ nationis reædificari & cõservari posset. Sic Demum post varios & longos, scriptim & oretenus habitos tractatus hæc subsequentia media puncta & articulos ad Romanæ Cæsareæ Majestatis beneplacitum & nomine Electoris Saxoniæ ad suæ Electionis unioni adhærentium consensum & ratificationem finaliter conclusimus convenimus & transegimus

Imprimis Elector Saxoniæ & suæ dilectioni adhærentes militiæ Principes & status qui hanc transactionem suscipient discedent, ab omnibus ulterioribus attentatis & præsentibus armis & collectum militem circa duodecimum & undecimum futuri mensis Augusti undique dimittent, dissipabunt, vel Nobis Regi Ferdinando ad postulationem & stipendium deliberent & omnibus viribus citra ullum præjudicium adhoc intendant & disponant ut milites eorundem absque ullo ulteriori damno Cæsareæ Majestatis & nostrorum etiam Electorum Principum Statuum ac Civitatum Imperialium dimissoriales suas accipiant dissipenter & sic Romanæ Cæsareæ Majestati & Imperio obedientes permaneant, etiam Status, Civitates & alios quos antehac obsederant & devastarant vel alias sibi obligatos fecerant à vinculis obligationum adhærentiæ & confœderationis per publicum edictum insertæ huic copiæ conforme, liberatos dimittent prout etiam iidem ad effectum ejusmodi edicti & in vim hujus transactionis liberati esse debeant. Tenetur etiam Landgravius Philippus Hassiæ interea temporis illam Hallis in Saxonia erectam Capitulationem, exceptis illis articulis jam ante expeditis & adimpletis, exceptis etiam punctis illis Cassaliam concernen-

cernentibus, de novo ratificare & inviolabiliter observare, ac suā contingentē captivitatē & detentionē non vindicare aut ira prosequi, sed Cæsareæ Majestati nobis & Imperio Romano tanquā Princeps obediens tēpore vitæ suæ se exhibebit & in omnibus hisce ergā CæsareāMajestatē in forma decēti, & hisce inserta sufficientet se obligabit & subscribet idq; etiā apud filios suos & regionem pariformiter observandū & de novo sese obligandum tandem disponet, & promovebit.

Similiter uterq; Elector Saxo & Brādēburgicus prout etiā Dux Wolfgāgus Palatinus &c. suas propositas obligationes pari modo etiā renovabunt & prædictas obligationū litteras 6. Aug Illust. Principessæ D. Mariæ Hunga. & Bohe. Reginæ Nostræ amantissimæ dilectæ Sorori aut ejusmodi præsidēti Mechelinensi extradent.

E cōtra prædictusLandgravius Hassiæ custodia suā omnimodo liberabitur & circa præfixū 11. aut 12. diē Augusti in arce Reinfelt absq; recompēsatione liber & securus sistetur; præterea Cæs. Maj. suo milite quoquē cōtra hosce status diversis in locis conscripto adversus modo nominatos status qui hanc transactionē susceperūt nullo modo utetur, nec castra ponere permittet &c. Debet etiam Cæs. Maj. Landgravium in inceptā munitione Cassellana gratiosissime relinquere.

Similiter executio istius stante custodia promulgatæ Nassavianæ sentētiæ undiq; suspēdetur donec post relaxationē Lādgravii amicabiles tractatus inter partes initi & incepti fuerint & casu quo amicabilis cōpositio deficeret ut Landgravio in quantū oportet permittatur quicquid testiū, litterarū probatoriarū & aliorum necessariorū hactenus ex defectu Advocatorū vel durante custodia nō fuerit productum adhuc dū producere & sic postmodum per Electores Principes causæ impartiales ipsosmet aut eorum consiliarios & deinde per Sex non suspectos Principes Imperii (quarum unaquæque pars quinq; Cæs. Maj. spacio mensis post relaxationē Landgravii nominare & proponere & Cæsar. sua Majest. deinceps ex utriusq; partis nominatis tres Principes eliget & inter 6. Illos ad minimum tres se-

4. Comes Palatinus Rheni intrabit similiter super equo, habens in manibus quatuor scutellas argenteas cibis impletas, quarum, quælibet tres marcas habeat in statera: & descendens ab equo portabit, & ponet ante Imperatorem vel Regem in mensa.

a *m. post-hac.*
b *m. vel cipham rectius scypham.*
c *m. per-mixtum.*
d *m. ipso-rum.*

5. *a*) Post hos Rex Bohemiæ Archipincerna veniat similiter super equo, portans in manibus cuppā *b*) seu scyphum argenteum, ponderis duodecim marcarum, coopertum, vino & aqua *c*) permixtum impletum: & descendens de equo, scyphum ipsum Imperatori vel Regi Romanorum porriget ad bibendum.

6 Sicut etiam hactenus observatum fuisse compertimus, ita statuimus, ut parāctis per Principes Electores seculares prædictis *d*) eorum officiis, ille de Falkenstein Subcamerarius equum & pelves Marchionis Brandenburgensis pro se recipiat.

Magister coquinæ de Nortenburg equum & scutellas Comitis Palatini.

Vicepincerna de Limburg equum & cissum Regis Bohemiæ.

Vicemareschallus de Pappenheim equum, baculum, & mensuram prædictam Ducis Saxoniæ.

Si tamen ipsi in tali Imperiali seu Regali Curia præsentes existant, & eorum quilibet in officio suo ministret: Si verò ipsi vel eorum aliqui à præfata Curia se duxerint absentandos, ex tunc imperialis vel Regalis Curiæ cottidiani ministri, vice absentium, puta quilibet in loco ejus absentis, cui in vocabulo seu officio communicat, sicut geret officium, sic tollat in præmissis & fructum.

CAPUT XXVIII.

IMperialis insuper mensa vel Regia sic debet abtari, ut ultra alias aulæ tabulas sive mensas in altitudine sex pedum sit altius elevata: in qua præter Imperatorem Romanum duntaxat vel Regem, die solemnis Curiæ, nemo penitus collocetur.

e *m. Imperatrix.*

2. Sedes verò & mensa *e*) Imperatoris sive Reginæ parabitur à latere in aula, ita quod ipsa mēsa tribus pedi-

pedibus Imperiali sive Regali mensæ sit bassior, & totidem pedibus eminentior supra sedes Principum Electorum: qui Principes suas inter se in una eademque altitudine sedes habebunt & mensas.

3. Infra sessionem Imperialem mensæ pro septem Principibus Electoribus, Ecclesiasticis & secularibus præparentur, tres videlicet à dextris, & tres aliæ à sinistris, & septima directè versus faciem Imperatoris vel Regis, sicut superius in capitulo de sessionibus & ordine Principum Electorum per nos est clarius diffinitum: ita etiam quod nullus alius, cujuscunque dignitatis vel status existat, sedeat inter ipsos, vel ad mensas eorum.

4. Non liceat autem alicui prædictorum secularium Principum Electorum peracto officii sui debito, se locare ad mensam sibi paratam, donec alicui suorũ Conprincipum Electorum ejus officium restat agendum; Sed cum aliquis eorum vel aliqui ministerium suum expleverint, ad præparatas sibi mensas transeant, & juxta illas stando, expectent, donec cæteri ministeria sua expleverint supradicta, & tunc demum omnes & singuli pariter ad mensas sibi positas se locabunt

5. Invenimus etiam ex clarissimis *a*) relatibus & traditionibus antiquorum, illud à tempore cujus contrarii jam non habetur memoria, per eos, qui nos præcesserunt feliciter, esse jugiter observatum, ut Regis Romanorum futuri Imperatoris in civitate Francofordt celebraretur electio, & prima coronatio Aquisgranensi, & in oppido Nurembergensi prima sua regalis curia haberetur. Quapropter certis ex causis etiam futuris præmissa servari debere temporibus declaramus, nisi præmissis omnibus, seu eorum alicui, impedimentum legitimum obviaret

a *m. relationibus.*

6. Quandocunque insuper aliquis Princeps Elector Ecclesiasticus vel etiam secularis justo impedimento detentus ad Imperialem Curiam vocatus venire non *b*) volens nuncium vel procuratorem cujuscunque dignitatis vel status transmiserit, missus ipse, licet

b *m. valens.*

loco mittendi juxta datum sibi ab eo mandatum admitti debeat, in mensa tamen vel sede, quæ illi, qui ipsum transmittit, deputata fuerit, non sedebit.

7. Præterea consummatis his quæ in Imperiali qualibet Curia sive Regali fuerint pro tempore disponenda recipiet Magister Curiæ pro se totum ædificiũ seu ligneum apparatum Imperialis sive Regiæ sessionis, ubi sederit Imperator vel Rex Romanorum cum Principibus Electoribus ad celebrandas solemnes Curias vel feuda, sicut præmittitur, Principibus conferenda.

CAPUT XXIX.

De juribus Officialium, dum Principes feuda sua ab Imperatore vel Rege Romanorum recipiunt.

DEcernimus hoc Imperiali Edicto, ut Principes Electores Ecclesiastici & seculares, dum feuda sua sive Regalia ad Imperatore vel Rege recipiunt, ad dandum vel *a*) faciendum aliquid nulli penitus sint astricti. Nam pecunia quæ tali prætextu persolvitur, officiatis debetur. Cum ergo ipsi Principes Electores cunctis Imperialis Curiæ præsint officiis, suos etiam habẽtes in hujusmodi officiis substitutos, datos ad hoc à Romanis Principibus & dotatos, *b*) videtur absurdum quod substituti Officiales à suis superioribus quocunque quæsito colore *c*) exenna postularent: nisi fortè ipsi Principes Electores spontè & liberaliter his aliquid largirentur.

a *m. solvendum.*

c *m. encenia lege xenia.*

2. Porro cæteri Principes Imperii, Ecclesiastici vel seculares, dum prædicto modo eorum aliquis feuda sua ab Imperatore Rom. suscipit, vel à Rege, dabit Officialibus Imperialis sive Regalis Curiæ *d*) sexaginta marcas argenti cum uno fertone: nisi eorum aliquis privilegio seu indultu Imperiali vel Regali tueri se posset, & probare se solutum vel exemptum à talibus, aut etiã aliis quibuscunque quæ solvi in susceptione feudorum hujusmodi consuevissent. Prædictarum insuper sexaginta trium marcarum & fertonis divisionem

d *m. sexaginta sex m.*

nem faciet Magister Curiæ Imperialis sive Regalis hoc modo; Primo enim decem marcas pro semetipso reservans, dabit Cancellario Imperialis sive Regalis Curiæ decem marcas; Magistris, Notariis, dictatoribus tres marcas, & sigillatori pro cera & pergameno unum fertonem. Ita videlicet quod Cancellariis & Notariis Principi recipienti feudum non ad aliud, quam ad dandum sibi testimonium recepti feudi seu simplicis investituræ literam, sint adstricti.

Item dabit Magister Curiæ pincernæ de Limburg de præfata pecunia decem marcas, Magistro coquinæ de Nortenberg decem marcas, Vicemareschallo de Papenheim decem marcas, & Camerario de Falckenstein decem marcas, tali tamen conditione, se ipsi eorum quilibet in hujusmod Curiis solennibus præsentialiter *a*) adsint in suis officiis ministrãdo Si verò ipsi, vel aliqui eorum absentes fuerint, ex tunc *b*) officiil Imperialis sive Regalis Curiæ, qui talibus præsunt officiis, eorum quorum supplent absentiam, singuli singulorum, sicut vicem nomenque & laborem susferunt, sic lucrum & commoda reportabunt,

a m. adsint.
b m. officiales.

Dum autem Princeps aliquis equo vel alteri bestiæ insidens feuda sua ab Imperatore vel Rege recipit, equus ille seu bestia, cujuscunque speciei sit, debetur superiori *c*) Mareschallo, i. e. Duci Saxoniæ, si præsens *d*) fuerit: alioquin illi de Papenh. im ejus Vicemareschallo: aut illo abiente. Imperialis sive Regalis Curiæ Mareschallo.

c m. Mareschallo
ut supra.
d m. affuerit.

CAPUT XXX.


CUm S. Romani celsitudo Imperii diversarum nationum moribus, vita & idiomate distinctarum leges habeat & gubernacula moderari. Dignum est, & cunctorum sapientum judicio censetur expediens, quod Electores Principes, ipsius Imperii columnæ & latera, diversorum idiomatũ & linguarum differentiis instruantur, ut plures intelligant & intelligantur à pluribus, qui plurimorum necessitatibus *e*) revelandis Cæsareæ sublimitati assistunt, in partem solicitudinis consti-

e m. relevandis.

constituti. Quapropter statuimus, ut Illustrium Principum, puta Regis Bohemiæ, Comitis Palatini Rheni, Ducis Saxoniæ & Marchionis Brandenburgensis Electorum filii vel hæredes & successores, cum verisimiliter *a*) Theutonicum idioma sibi naturaliter inditum scire *b*) præsumantur, & ab infantia didicisse, incipiendo à septimo ætatis suæ An. in Germanica, Italica, ac *c*) Slavica linguis instruantur. Ita quod infra quartum decimum ætatis An. existant in talibus juxta datam sibi à DEO gratiam eruditi: cum illud non solum utile, imò ex causis præmissis summè necessarium habeatur, eò quod illæ linguæ, ut plurimum ad usum & *d*) necessitatem S. Imperii frequentari sint solitæ & in his plus ardua ipsius Imperii negotia ventilentur.

2. Hunc a. proficiendi modum in præmissis *e*) ponimus observandum, ut relinquatur optioni Parentum in filios, si quos habuerint, seu proximos, quos in Principatibus sibi credunt verisimiliter successuros, ad loca dirigant, in quibus de cujusmodi possint linguis edoceri, vel in propriis domibus pædagogos instructores & pueros consocios in his peritos eis adjungant, quorum conversatione pariter & doctrina in linguis ipsis valeant erudiri.

a) *m. Teutonicum idioma scrib. Teutonicum* Teutsch.
b *m. præsumantur.*
c *m. Schlæ.*
d *m. utilitatem.*
e *m. possimus.*



SUMMA-

SVMMARIUM TRANSACTIONIS Passaviensis de Anno 1552.

AD hunc conventum primo Lincii in oppido Austriæ postea Passavii indictum, convenerunt Imperatoris Caroli V. Frater Ferdinandus Rex Romanorum cum Filio suo Maximiliano & Mauritius Elector Saxoniæ cum suis confœderatis. Albertus Bavariæ Dux & pluriũ Principum Legati quorum interventu fuit transactum ut Elector Saxoniæ & confœderati ab armis desisterent intra undecimum & 12. mensis Augusti, Cæsarique absque ulteriori damnificatione fideles permanerent & ut Lanagravius Philippus Hassiæ Capitulationem Hallis in Saxonia factam (salvis quibusdam Articulis & punctis) ratificaret & servaret & uterque Elector Saxoniæ ac Brandenburgiæ prout etiam Dux VVolfgangus Palatinus obligationes suas allegatas renovarent, è contra Cæsar Landgravium Hassiæ custodia sua liberatum in Arce sua Rinfels circa idem tempus undecimi & 12. Augusti sisteret, eidemque continuationem munitionis Cassellanæ civitatis gratiosissimè relinqueret, suspensa executione sententiæ Nassavianæ Nova illa gravamina tempore captivitatis Landgravii in Camera Imperiali obmota cum exceptionibus ad interim suspendantur.

TRACTATVS PASSAVIENSIS ET PACIS RELIGIONIS INTER CAtholicos & Protestantes Imperii Proceres, Anno 1552. 2. Augusti Passaviæ initæ, & 1555. 25. Septemb. Augustæ Vindelicorum in Comitiis confirmatæ.



Os Ferdinandus &c. Fatemur cum ante hac maturè & diversimodè Nos fuim⁹ requisiti qualiter in Sacro Imperio Germanicæ nationis hinc inde variæ cõscriptiones militumque tumultus & belli præparatoria se apparentur ostẽdant,

niel Brendel ab Honburch Canonicus ibidem Christophorus Matthias Juris Licentiatus Cancellarius & Peter Echter.

Nomine Archiepiscopi Coloniensis Henricus Salsburck & Franciscus Burchart uterque doctor.

Nomine Archiepiscopi Trevirensis Ioannes à Leen supremus Archidiaconus ibidem Philippus Domicellus de Winnenberch & Beilstein & Felix Hornung Doctor Cancellarius.

Nomine Comitis Palatini Frederici Ludovicus comes in Stolberch Koniehstein & Reusgefort Ionnnes à Dienheim Amptmannus Kreutsnacht Melchior Drechsler Doctor & Ioannes Korniet.

Nomine Marggravii Ioachimi Adamus Trott Marschallus Cristophorus Von der strase Thimothæus Iunus & Lambertus Distelmeier omnes tres Doctores & Rev. Illustris. Erneftus Archiepiscopus Salsburgensis Mauritius Eistadiensis & Wolfgangus Passaviensis Episcopi & Albertus Comes Palatinus ad Rhenum, Dux superioris & Inferioris Bavariæ personaliter, & nomine Episcopi Wurtzburgensis Henricus Comes in Cast Canonicus ibidem & Hanzosobel.

Nomine Ioannis Marggravii Brandenburgici Adrian Albin Doctor Cancellarius Andreas Zech Doctor & Bartholdus à Mandeslo.

Nomine Henrici Junioris Ducis Brunswicensis Vitus Grunner.

Nomine Wilhelmi Ducis Guliacensis Wilhelmus Ketler Wilhelmus à Nevenhoff condictus Le Theodorus à Chepstatt & Carolus Harst Doctores.

Nomine Philippi Ducis Pomeraniæ Iacobus Zitzewitz Doctor & Cancellarius.

Nômine Christophori Ducis Wirtenbergensis Ioannes Theodorus à Pleinigen supremus præfectus in Studgarten Lodovicus à Fravenburch supremus præfectus in Laufen Ioannes Henricus Heclin & Casparus Beer Doctores etiam apud nos comparuerunt cum quibus, uti præter Nos assumptis & conscriptis compositoribus causam tractare coepi-

cæpimus & in principio à prædicto Electore Saxoniæ sua dilectione ipsique adhærentibus postulationes & gravamina in binis diversis scriptis accepimus, & consequenter summa industria ponderavimus, ipsam causam fideliter perpendendo, quomodo illa ad amicabilem transactionem disponi & illa eminentia damnosissima belli præparatoria tolli & stabilis pax, tranquillitas & unitas in Sacro Imperio Germanicæ nationis reædificari & cõservari posset. Sic Demum post varios & longos, scriptim & oretenus habitos tractatus hæc subsequentia media puncta & articulos ad Romanæ Cæsareæ Majestatis beneplacitum & nomine Electoris Saxoniæ ad suæ Electionis unioni adhærentium consensum & ratificationem finaliter conclusimus convenimus & transegimus

Imprimis Elector Saxoniæ & suæ dilectioni adhærentes militiæ Principes & status qui hanc transactionem suscipient discedent, ab omnibus ulterioribus attentatis & præsentibus armis & collectum militem circa duodecimum & undecimum futuri mensis Augusti undique dimittent, dissipabunt, vel Nobis Regi Ferdinando ad postulationem & stipendium deliberent & omnibus viribus citra ullum præ judicium adhoc intendant & disponant ut milites eorundem absque ullo ulteriori damno Cæsareæ Majestatis & nostrorum etiam Electorum Principum Statuum ac Civitatum Imperialium dimissoriales suas accipiant dissipenter & sic Romanæ Cæsareæ Majestati & Imperio obedientes permaneant, etiam Status, Civitates & alios quos antehac obsederant & devastarant vel alias sibi obligatos fecerant à vinculis obligationum adhærentiæ & confœderationis per publicum edictum insertæ huic copiæ conforme, liberatos dimittent prout etiam iidem ad effectum ejusmodi edicti & in vim hujus transactionis liberati esse debeant. Tenetur etiam Landgravius Philippus Hassiæ interea temporis illam Hallis in Saxonia erectam Capitulationem, exceptis illis articulis jam ante expeditis & adimpletis, exceptis etiam punctis illis Cassaliam con-

cernen-

cernentibus, de novo ratificare & inviolabiliter observare, ac suã contingentẽ captivitatẽ & detentionẽ non vindicare aut ita prosequi, sed Cæsareæ Majestati, nobis & Imperio Romano tanquã Princeps obediens tẽpore vitæ suæ se exhibebit & in omnibus hisce ergã CæsareãMajestatẽ in forma deceti, & hisce inserta sufficienter se obligabit & subscribet idq; etiã apud filios suos & regionem pariformiter observandũ & de novo sese obligandum tandem disponet, & promovebit.

Similiter uterq; Elector Saxo & Brãdeburgicus prout etiã Dux Wolfgãgus Palatinus &c. suas propositas obligationes pari modo etiã renovabunt & prædictas obligationũ litteras 6. Aug Illust. Princessæ D. Mariæ Hunga. & Bohe. Reginæ Nostræ amantissimæ dilectæ Sorori aut ejusmodi præsideti Mechelinensi extradent.

E cõtra prædictus Landgravius Hassiæ custodia suã omnimodo liberabitur & circa præfixũ 11. aut 12. diẽ Augusti in arce Reinfelt absq; recompẽsatione liber & securus sistetur; præterea Cæs. Maj. suo milite quoque cõtra hosce status diversis in locis conscripto adversus modo nominatos status qui hanc transactionẽ susceperũt nullo modo utetur, nec castra ponere permittet &c. Debet etiam Cæs. Maj. Landgravium in inceptã munitione Cassellana gratiosissime relinquere.

Similiter executio istius ftante custodia promulgatæ Nassavianæ sentẽtiæ undiq; suspẽdetur donec post relaxationẽ Lãdgravii amicabiles tractatus inter partes initi & incepti fuerint & casu quo amicabilis cõpositio deficeret ut Landgravio in quantũ oportet permittatur quicquid testiũ, litterarũ probatoriarũ & aliorum necessariorũ hactenus ex defectu Advocatorũ vel durante custodia nõ fuerit productum adhuc dũ producere & sic postmodum per Electores Principes causã impartiales ipsosmet aut eorum consiliarios & deinde per Sex non suspectos Principes Imperii (quarum unaquæque pars quinq; Cæs. Maj. spacio mensis post relaxationẽ Landgravii nominare & proponere & Cæsar. suã Majest. deinceps ex utriusq; partis nominatis tres Principes eliget & inter 6. Illos ad minimum tres seculares

culares erunt qui in propria persona vel etiã per Consiliarios ad hoc deputatos) tãquam Cæsarei Commissarii illa contra prædictam sententiam & executionẽ allegata gravamina & exceptiones debite revidere ; & utrum actitata quæ tempore Landgravii custodiæ & quæ producta fuerunt; reassumi debeant ipsaque promulgata sentẽtia & processus prout etiã,illa producta gravamina & exceptiones & ulterius producenda suspendi debeant, desuper decidant quod Juris erit: ut etiam talis amicabilis compositio & decisio intra biennium ad summum post conclusum & datum hujus transactionis infallibiliter expediatur & exequatur.

Sed cæteri Articuli, cum punctis intuitu prænominatorum Electoris Principis Saxoniæ & Wilhelmi Landgravii Hassiæ Allegati & propositi usque ad decisionem aliorum exhibitorum communium gravaminum suspendentur & differentur

Similiter Administrator Teutonici Ordinis prout etiam Dux Henricus Braunswicensis & alii qui LandgraviumRatione præteriti belli Smalcaldici,convenerunt vel adhuc convenire prætendunt eum hac etiam prætensione usque ad decisionem prædictorum gravaminum acquiescere debent.

Prout etiam Allegata nova gravamina quæ durante custodia Landgravii inCamera Imperiali vel alias cõtra eundem proposita esse possent cum exceptionibus per Electores & Principes qui hujus causæ fuerunt compositores in proximo Imperii conventu debitè revidere & prænominatus Landgravius desuper necessario audiri, etiam super eodem quod æquitati & Juri conforme decidi & interea temporis in Camera Imperiali negocium suspendi debeat; quod verò consequenter cæteros articulos qui in hoc tractatu pacifico ex parte Electoris Principis Saxoniæ ejusve adhærentium Allegati sunt; uti imprimis religionem pacem & Ius concernentes debetCæsareaMajestas vigore gratiosissimæ oblationis nuper Lincii à Cæsarea Majestate juxta tenorem tunc temporis datum, responsionem factæ fideliter exequi & spacio medii

Anni

Anni publicum Imperii conventum instituere, in quo tractabitur qua scilicet via, utrum per Generale vel nationale conciliũ aut colloquium vel in publicis Imperii Comitiis controversia religionis componi & ad Christianã transactionẽ deduci posset &sic talis unitas Religionis ab omnibus Statibus Rom. Imp. una cum suæ Majestatis ordinaria cooperatione promovebitur debet quoq; pro præliminaribus ejusmodi transactionis, statim in principio talis Imperii conventus, convocatio quædam vulgariter **ein außschuß** ab aliquib⁹ diremptoribus, intelligentibus personis utriusq; religionis in paritate numeri institui, cum commissione deliberandi quo modo talis compositio commodius possit tractari, citra tamen Electorum Principum ratione hujus convocationis ullum præjudicium, quoad eorum jus superioritatis & interea temporis neq; Cæsarea Majestas Nos neque ElectoresPrincipes & status Sacri Imperii ulli statuum Augustanæ confessioni adhærentium Ratione religionis de facto violenter vel alio modo contra suam conscientiam & voluntatem compellent vel ejus nomine invadent, nocebunt per mandati vel aliam quamvis viam gravabunt aut contemnent sed pœnes talem suam religionem & fidem quiete & pacifice relinquere debent. Debent quoque moderna militum exercitatio prout etiam omnes cæteri stat⁹ Augustanæ Cõfessioni addicti, alios Sacri Imperii status antiquæ religioni adhærentes Ecclesiasticos vel seculares pari modo suam religionẽ ritusEcclesiasticas ordinationes & ceremonias etiã bona, facultates immobiles & mobiles Regiones subditos reditus pẽsiones decimas superioritatis & Jurisdictionis intuitu; non gravare sed iisdem pacifice & quiete uti fruiq; permittere etiam via facti vel alias sinistro modo adversus eosdem nihil attentare sed omnimode ad effectum & continentiam nostrorum & Sacri Imperii Jurium constitutionum recessuum & institutæ pacis publicæ unusquisque contra adversarium deceñtẽ Ordinaria Juris via idque sub evitanda pœna,in proxime renovata pace publica comprehensa contentus esse debet.

Quicquid in talibus Imperialibus Comitiis cōmuni suffragio suæ Cæs. Maj. & statuum tunc conclusum & decisum hoc idem imposterum ita strictè & inviolate servabitur & nihil in contrarium opponetur. Et omne illud quod prædictæ paci contrarium esse seu intelligi posset, nihil tamen eidem detrahet deroget aut præjudicet quodque ita à Cæsarea Majestate nobis & Electoribus Principibus & statibus respectivè sufficienter & necessariè vigore transactionis assecurari pariterque Cameræ Imperiali & assessoribus præ specificatam pacem significare & ad effectum obligationum demandare ut sese huic pacis concluso conformes præstent & exhibeant nec partibus implorantibus desuper non attento cujus fuerint religionis decentia necessariaque auxilia Iuris impartiantur in specie etiam forma illa Assessorum aliarumve personarum & partium, Juramenti ad Dominum Deum & Sanctos vel coram Domino Deo & Sancto Evangelio Jurandi illis quibus Jurare incumbit imposterum libera permittatur.

Quicquid autem concordiam Votorum & obtinendā impartialem justitiam similiter præsentationē assessorum aliosve articulos pacis & Juris concernit in hoc tractatu deliberatū fuit quatenus aliquod gravamen vel quid considerabile in ordinatione Cameræ eveniret, siquidē talis ordinatio communi statuum cōsensu in publicis Imperii conventibus instituta & conclusa ut illa non constantes nisi per Cæsareā Majestatē & cōmunes status in publico vel etiā in quantū occasio permittet per ordinariā visitationis viam Cameræ Imperialis aut alias possit decidi & determinari ubi & Nos cum Electorum legatis comparentibus Principibus & absentiū Nunciis proni paratiq; simus omnem possibilē cooperationē præstare ut in rebus Religionis nulla pars quoad pluritatem votorum præ altera conqueri habeat. Sed partialitas evitetur & adherentes Augustanæ confessioni in Camera Imperiali non excludantur prout etiam alia gravamina quatenus contingentia ex equo removeantur & hæc cuncta in proximo Imperii conventu decidantur.

Nos

Nos quoq; una cum Electorũ Principũ legatis Principibus & Absentium nunciis apud Cæsaream Majestatem amicè & submissè supplicavimus & imploravimus ut Cæsarea Majestas punctos necessarios & sub iisdem, ipsum articulum præsentationem concernentẽ & ut adhærẽtes confessioni Augustanæ in Camera Imperiali uti prædictum nõ excludantur, ex plenaria suæ Cæs. Maj. potestate ad conservandam & retinendam pacem & unitatem in Imperio, statim pro posse definire dignentur illa præallegata gravamina nationis Germanicæ libertati contraria emergẽtia in illis Electoris Saxoniæ productis articulis & adjunctis comprehensa nos cum Electorum Principũ legatis cõparentibusq; principibus & absentium nunciis plane affectionati & indifficiles fuimus desuperq; illud ipsum & quod ulterius huic annexũ esse posset in continenti ac sine mora per diversos amicabiles tractatus initiari & inchoari. Postquam vero ex Cæs. Maj. adhunc tractatum ablegatis Consiliariis informati tantũ, animad vertim⁹ quod Cæsarea sua Majestas talium gravaminũ usq; huc dum nullatenus maxima ex parte non perceperit debitam notitiam & sic consequenter desuper consiliarios ablegare nõ poterat, deinde etiã hæc gravamina adeo extensiva magna & ponderosa fuerunt sed tempus ad præsentem diem institutum omnimodo abbreviatum similiter quoque Electoris Saxoniæ ejusve adhærentibus interea & usq; ad necessariam causæ decisionem, militem suum alimentare, non solummodo sumptus superfluos causare sed illis superioritatibus hinc inde pariterque pauperculis subditis in maximum præjudicium & damnum cadere deberet.

Sic decisio talium gravaminum ad proxima imperialia comitia tractabitur vel etiam ad aliam conventionem Imperialem pro hac vice suspensa & remissa erit illa Linciana consensio ac Cæsareæ Majestatis hic cum consolatio in specie quod Cæsareæ Majestatis aulicum consilium prout etiam Sacri Imperii & statuum communium singularem causam deliberabunt & de-

dent ita suo loco Consiliariis Germanicis ordinare & causas Germanicas per Germanos decidere ut exinde unicuique satisfactio æquivalens reportetur.

Quod etiam Cæsarea Majestas nationi Germanicæ patriæ dilectissimæ bene observata libertas non solummodo non diminuere aut debilitare sed etiam in vigore suo conservare ad summum gratiosissimus & pronus sit, hoc undique ad gratiam acceptandum foret.

Ut etiam Elector Saxoniæ cum suis adhærentibus timendum non habeat ne hic tractatus censeatur frustraneus neque ad competentem & fructuosum effectum perducendus sic nos & prænominatus noster dilectus filius Rex Maximilianus etiam Electores Principes & status Sacri Imperii proposita gravamina assumemus Cæsareæ suæ Majestati proponenda & procurabimus eadem in quantū æquitati fuerint convenientia & juxta dispositionem aureæ bullæ & Sacri Imperii ordinationes omnesque laudabiles observantias nationis Germanicæ uti decet ad bonam decisionem premovere & tunc etiam cætera gravamina Cæsaream Majestatem non concernentia sed per singulares status & membra Sacri Imperii aliis incumbunt vel etiam illud quod status ipsimet inter sese sive respiciat formam & modum communium consultationum & conventionum intentare possint parimodo, attamen cum suæ Cæsareæ Majestatis uti supremi capitis consilio & cooperatione ita prout supra.

In principio futurorum Imperialium comitiorum tractabimus & decidemus & finiemus, & est sua Cæsarea Majestas istius gratiosissimæ & clementissimæ oblationis quicquid suam Majestatem propriè & principaliter concernere possit desuper sese ita, ex gratiosa bona voluntate, ostendere & resolvere ut communes status evidenter percipere debeant quod sua Cæsarea Majestas summopere intendat omnes causas pro more disponere etiam commune bonum aut utile proprio suo longè anteferre & omnia ita instituere

currere ut omnes status juxta æquitatem ipso bene contentari debeant.

Deinde cum ad articulum istum Regem Franciæ concernentem, ex sui oratoris facta negociatione colligatur; quod inibi quædam media & puncta communem pacem & alia suas causas privatas respicientia allegentur & vero puncti seu causæ communis pacis publicæ Nationis Germanicæ solummodo Romanam Cæsaream Majestatem Nos Electores quoque Principes & status Sacri Imperii & neminem præterea concernant similiter præsens conventus eandem ob causam ratione promovendæ & conservandæ pacis publicæ prout etiam ad decidenda imminentia præallegata gravamina institutus sic ea propter alia conventio censetur supervacanea.

Quod autem ad Regis Franciæ privatas causas attinet poterit Elector Saxoniæ, juxta recessum Lincii habitum ab ipso memorato Rege aut Oratore quatenus id ipsum ante hac non fecerit adhucdum investigare, quidnam prætactus Rex quoad causas suas privatas adversus Regiam Majestatem prætendere, repetere, aut postulare habeat, & talem petitionem & actionem sic ad nos remittere ut eadem consequenter per Nos Cæsareæ Majestati proponatur & ipsa ulterius animi motum & voluntatem desuper declarare possit &c. quantum ad illos qui intuitu præcedentis belli in Bannum Cæsareæ Majestatis & disgratiam inciderint præsentisque belli præparatoriis addicti seu adhærentes fuerint, nos una cum Electorum Principũ legatis præsentibus Principibus & absentium Nunciis apud Cæsaream suam Majestatem ad omnium fidelem amicam & gratiosam promotionem præstandam nihil intermisimus & tandem obtinuimus quod Comes Albertus à Mansfelt una cum filio suo, Comes Reinanus Christophorus ab Altenburch Hanso Dominus ab Heidẽberg Fredericus à Reifenberch Georgius à Reckenroth Sebastianus Seerille & alii qui intuitu hujus belli in disgratiam inciderint & regionibus subditis ac bonis suis destituti fuerant uti Otto Hen-

ricus Comes Palatinus Princeps Wolfgangus ab Anhalt prout etiam Domini & Nobiles Brunsvvicenses ac communiter omnes & singuli superioris aut inferioris status expressi & non expressi qui præteriti belli causa in disgratiam venerant & adhuc sint ac præsenti bello sese adsociarunt ab ipsa Cæsarea Majestate perdonati & extra curam positi iterum etiam in gratiam & fidelitatis Juramentum fuerunt recepti prout vigore hujus transactionis gratia donati sunt ita tamen ut imposterum erga Cæsaream Majestatem & Sacrum Imperium debitam obedientiam præstare & servare neque contra suam Cæsaream Majestatem Nos & Imperium arma sumere debent usque ad decisionem articuli hujus puncti causa communibus gravaminibus inserti, quæ decisio etiam consequenter remanebit & juxta eandem dabitur observantia.

Ut etiam illi qui uti superius in gratiam recepti fuerint & hoc tempore extra imperium Nationis Germanicæ in Gallia vel aliis in locis commorantur & contra suam Cæsaream Majestatem militant Sese spacio sex hebdomadarum ad proximam post datum hujus transactionis declarent & similiter ab hoc eodem tempore adversus Cæsaream Majestatem & status Imperii ulterius non belligerare neque suam desuper elocare operam & consequenter ad minimum spacio duorum Mensium immediate sequentium sese ad partes Germanicas conferre obligati sint, alioquin hujus condonationis & gratiæ non erunt capaces.

Et postquam durante hoc bello diversimode attentationes Innovationes & causæ contigerint etiam quidam Electores Principes status & civitates bonis suis destituti & damnificati sic bello adhærentes Principes omnes per hoc bellum acquisitos & occupatos Dominatus civitates pagos Regiones subditos & bona statibus isti quibus ante hac jus desuper competiit

rursus

rursus restituant & uti superius dictum vinculo obligationis & adhærentiæ qua sibi illos obstrictos fecerunt relaxatos dimittant ita tamen ut Civitates Imperiales in antiquis suis Privilegiis & libertatibus relinquantur.

Econtra Cæsarea Majestas pro conservanda pace publica & avertendo ulteriori damno omnes & singulas actiones & prætensiones quas status & civitates vel etiam particulares personæ (quibus damnum exinde illatum fuit) contra belligerantes Principes eorumve & è contra adhærentes adversus alios status intuitu illati & passi damni prætendere putant, ex suæ Cæsareæ Majestatis potestate plenariè & omni modo sublatæ esse debeant, & volunt tamen sua Cæsarea Majestas præter Nos & alios status Imperii super talibus æquissimis mediis & viis deliberare, ut damnum passi status & Civitates ratione gravissimi damni & destructionis quam ipsi & eorum subditi passi absque horũ belligerantiũ statuum additione gravamine & damno restituantur & cum omni gratia Cæsarea ac sic omnes causæ futuris eventibus præscindantur ipsaq; pax constans conservetur.

Postquã etiam ratione Ducis Ottonis Henrici Comitis Palatini, & cæterorũ propositũ & à quodam suo legato supplicatum & petitum fuit eundem apud Romanam Cæsaream Majestatem recommendare sic nos una cum Electorum Principum legatis comparentibus Principibus & absentium Nunciis apud altememoratam Cæsaream Majestatem omnẽ fidelem propositionem fecimus & obtinuimus ut ille & ejus Regio in Principatu Neoburgico ejusve attinentiis, permittatur & relinquatur.

Ut etiam Electores Principes status & Civitates præsenti bello adhærentium sive fuerint Magistri equitum Duces Capitanei vel etiam in genere omnes milites quocunque titulo nominandi una cum omnibus illis hoc in passu & prætextu adhærentibus aut obligatis superioris & inferioris conditionis

expressim vel nominatim extra curam dimittantur & in gratiam recipiantur & præsens inceptum bellum & quidquid quocunq; prætextu exinde resultans fuerit contra illos & similiter ipsi contrarios neque communiter neque particulariter in vel extra Imperium clam vel palam in disgratiam vel sinistram considerationē trahi aut vindicari debet ita tamen ut è contra Ipsimet erga Cæsaream Majestatem Nos & Sacrum Imperium debitam & decentem obedientiam præstent & observent.

Debet etiam Comes Reinhardus à Solm erga decentem cautionem prout etiam cæteri alii ex utraque parte captivi aut detenti captivitate sua detentione aut incarceratione circa prædictum 11. aut 12. Augusti citra ullam satisfactionem liberari & relaxari.

Quatenus etiam Marchiæ dux Albertus Brandenburgicus pari modo ab exercitione sua bellica abstinuerit & in præ allegato tempore militem suum dimiserit & hanc transactionem pro parte sua acceptaverit & ratificaverit, etiam interea temporis intermedium pacis servaverit & neque per se neque per suos milites nemini damnum inferet & molestus fuerit, sic etiam inibi comprehendetur.

Quod autem prædictorum Branswicensium Nobilium petitam restitutionem suorum ædificiorum & bonorum quibus per Henricum Juniorem Ducem Braunsvicensem destituti etiam debitorum emonitiones concernit, sua Cæsarea Majestas prædicto Duci ad præcavenda omnia ulteriora contingentia & gravamina quæ exinde nasci possent & singulariter ad promovendam tranquillitatem & unitatem in sacro Imperio & ob publicam pacem ac utilitatem uterque Electorum Saxo & Brandenburgicus prout etiam Marchiæ Comes Ioannes Brandenburgicus & Dux Philippus Pomeraniæ ad suam Majestatem Cæsaream Commissarios ordinabunt & ipsis ex suæ Cæsareæ Majestatis potestate omnem constitutionem mandatum & potestatem dabunt & transferent, partes com-

commodiori modo prout fieri potest in loco cōgruo convocare eosve in omnibus gravaminibus ipsam restitutionem etiam privatas debitorum causas & exactiones, concernentia iteratim summariè audiant & examinent & consequenter omnē laboriosissimā & extremā diligentiā adhibeant talia amice componantur.

Quatenus etiam reperient quod Dux Henricus Nobilebus vigore suarum litterarum obligatoriarum & sigillatarum adhuc dum debere teneatur tunc iisdem in talibus ad æquitatem remittent & compellent casu autem quo amicabilis transactio pœnes unam aut alteram partem deficeret tunc nomine Cæsareæ Majestatis Nobilibus Brunsvicensibus sua occupata ædeficia & bona realiter in continenti restituent immittent & in iisdem defendant & conservent ac talem amicam compositionem vel realem restitutionē ad minimum spacio trium mensium proxime post conclusum & datum transactionis indubitate expediant & exequantur unicuique parti tamen actione sua & prætensione, quas inter se invicem habere possent, salva & suo loco post sub secutam restitutionem instituenda & prosequenta prout decet & jus postulat.

Debent quoque sua Cæsarea Majestas Nos & convocatorum Electorum ac Principum prædicti Commissarii pœnes illa quæ isti ad effectum talis commissionis tractabunt in quantū iuxta pacis publicæ & imperii ordinationem tractare concessum gratiose & amice tueri defendere & manutenere juvare.

Deinde debet sua Cæsarea Majestas commodissimè severum quoddam mandatum sub pœna Banni adversus Ducem Henricum emanari curare de non gravando Dominos Brunsvicenses & Nobiles neque in corpore neque possessionibus & bonis singulariter etiam de non devastando sylvas eorum lignarias usque ad talem Cæsariorum Commissariorum finalem examinationem compositionem aut restitutionem.

Pari modo sua Cæsarea Majestas præmemoratis quatuor Electorib⁹ & Princib⁹ uti sui Majest, Cōmissariis

Impera-

perare & demandare debet causas & prætensiones inter Ducem Henricum & inter binas civitates Brunsvicum & Goslarium amicabiliter debite examinare & juxta bonum & æquum componere prout etiam sua Cæsarea Majestas serio mandatum & inhibitionem sub pœna banni contra ducem Henricum & binas illas civitates confestim emanari curabat ad desistendum ab attentatis aut dimittendum præparatum militem & abstinendum ab omni via facti sed contentandum prædictorum Cæsariorum Commissariorum æquissimo tractatu & decreto vel alias actiones & prætentiones nulla alia quam juris via juxta imperii constitutiones adversus invicem instituendas & prosequendas.

Omne hoc & quodcunque uti præscriptum & in uno quoque articulo specificatum & ipsam Cæsaream Majestatem concernens debet sua Majestas vigore suæ ratificationis desuper conscriptæ per suam imperialem dignitatem & verba pro se & suis posteris constanter, inviolabiter & sincere servare ac exequi.

SUMMARIUM PACIS RELIGIOSÆ Augustæ Vindelicorum Anno 1555. 25. Septembris publicatæ.

IMprimis allegatur quod pax religionis sæpius fuerit quæsita sed non nisi per plenarium tractatum obtinenda, Cæsar. Rex, Electores & Principes cæterique Imperii status, promittunt se nulli statui propter Augustanam confessionem vim illaturos & quocunque prætextu infestare & armis aggredi neque illos contra voluntatem ab hac Augustanæ confessionis religione cogere & in ipsorum territoriis avocare velle neque controversam religionem aliter quam pacificis viis per generale vel nationale concilium colloquia vel tractationes conventuum Imperialium ad uniformem & Christianam concordiam redigi debere Ecclesiastici status uti Archiepiscopi; Episcopi Prælati & ceteri à

Catho-

Catholica religione discessuri dignitates prælaturas & beneficia sua statim dimittent cum fructibus & proventibus, vicissim status confessioni Augustanæ addicti Catholicos in sua religione bonis & reditibus imperturbatos relinquent quoad bona Ecclesiastica, dummodo non sint status Imperii aut ad eosdem non spectent ante transactionem Passaviensem occupata & ad pios usus translata, servabitur ordinatio quam quisque status desuper instituet nec in Iudicio nec extra Iudicium eo nomine dabitur conventio Ecclesiastica Jurisdictio in Augustanæ confessionis religionem ejusve ministros, ritus, & ceremonias à Catholicis Episcopis non exercebitur sed usque ad plenam religionis concordiam suspendetur, in casibus vero ipsam Augustanam non respicientibus Ecclesiastica Iurisdictio exercebitur per potestates Ecclesiasticas juxta receptas locorum consuetudines nulli aliorum subditos ad suæ religionis professionem cogant vel à priori Domino abducant nec eosdem in tutelam contra proprium magistratum suscipiant sin vero subditi religionis causa cum uxore & liberis velint domicilium mutare & habitatum ad alia loca transferre jus emigrationis liberum habeant, & bona impune vendere licebit sub hac pace libera Nobilitas immediate Imperio subjecta comprehenditur, ut nec ipsa duarum religionum causa à quopiam oppugnari possit ubi vero in civitatibus Imperii utraque religio hactenus usitata fuit deinceps etiam conservetur. Hæc pax servabitur usque ad finalem compositionem religionis ac fidei, & quamvis illa non subsequatur manebit tamen constans inconditionata & perpetuo servanda. Qui non alterutri ex duabus memoratis religionibus adhæserint, ab hac pace excluduntur.

PAX

PAX RELIGIONIS INTER ORDINES *Imperii Catholicos & Augustanæ Confessionis, Anno 1555. In Augustanis Comitiis die 25. Septembris edita.*

Nos Ferdinandus.

Siquidem in omnibus ante triginta & amplius ab hinc Annos celebratis Imperii Comitiis, aliisve pluribus particularibus conventibus, de communi, perseveratura & constanti pace inter Sacri Romani Imperii status ratione contentiosæ Religionis statuenda diversimode tractatum ac deliberatum fuit, desuperque induciæ aliquoties institutæ quæ tamen pro conservanda pace nunquam sufficientes extitere sed iis nō attentis Imperii ordines nihilominus in ulterioribus inter se dissidiis ac diffidentiis permansere ex quibus non exigua promanarunt incommoda.

Nisi igitur durantibus religionis dissidiis plenaria tractatio & negotiatio pacis in causis utriusque religionis & profanis vel Civilibus instituatur omnimodoque atticulus iste ita disponatur & componatur ut utaque pars Religionum postea nominandarum scite possit quid tandem pars altera ab altera sibi polliceri debeat quia status & subditi constantiorem & certiorem securitatem non sperant sed continuo de intollerabili eventuro periculo dubii hærere debent.

Tollendo igitur hasce considerabiles incertitudines anxias reconciliando statuum & subditorum animos ad quietem mutuamque confidentiam Germanamque nationem dilectam nostram Patriam ab extrema dissipatione & interitu vindicando.

Nos cum Electorū consiliariis & deputatis præsentibus Principibus ac statibus absentium vero nunciis & legatis atque ipsi vicissim nobiscum convenimus & transegimus, statuimus itaque & ordinamus, volumus & mandamus ut nemo imposterum cujuscunq; dignitatis

tatis status aut cōditionis sit ob causam etiam quamlibet quomodocunq; etiā nominandam & quocunq; prætextu id fiat alterum invadere, armis aggredi spoliare capere & infestare obsidere neque ad id per se vel per alium nomine suo auxilium ferre neque ullam arcem civitatem oppidum munitionem pagum villam invadere & sine alterius voluntate ausu violento temerarie occupare vel periculose per incendium vel alios modos devastare nec ulli talium facinerosorum consilium auxilium aut quovis modo patrocinium præstare eosve scienter, ac periculose non hospitare aut domo suscipere cibum potumve præbere celare aut detinere audeant sed unusquisque alterum vera amicitia & Christiana charitate prosequatur neque ullus status aut membrum Sacri Imperii alteri qui competente loco se Justitiæ submittere pronus est liberam commeatus advectionem victum, negociationem, reditus, censu, ac proventus intercipiet aut detineat sed omnimodo Cæsarea Majestas & nos omnes ordines, vicissim vero & ordines Cæsaream Majestatem & Nos & alter status alterum in subsequenti hac religionis ac communi constitutione pacis publicæ Iuxta omnimodam continentiam persistere eademque frui permittere debent.

I Atq; ut pax talis etiam quoad diffidentem religionē (quemadmodum ex superius mentionatis ac recensitis rationibus summa necessitas Sacri Imperii Germanicæ Nationis postulat) eo stabilius inter Romanam Cæsaream Majestatem Nos & Electores, & Principes ac status Sacri Imperii Germanicæ Nationis, constitui, edi & conservari possit.

Sic Sacra Cæsarea Majestas Nos & Electores ac Principes Sacri Imperii nullum statum Imperii intuitu Augustanæ confessionis eiusdemque doctrinæ religionis ac fidei de facto violenter invadere, lædere ac opprimere aliove modo contra conscientiam, scientiam ac voluntatem, ab hac Augustanæ confessionis religione

fide

fide Ecclesiasticis ritibus ordinationibus & Cæremoniis quas instituerunt vel imposterum instituere intendunt in suis Principatibus Regionibus ac dominiis compellere aut per mandata aut alium quemvis modum gravare ac contemnere debemus sed potius talem Religionem fidem ritus ac ordinationem & Cæremonias cum possessionibus & bonis mobilibus ac immobilibus Regionibus subditis Dominiis superioritatibus jurisdictionalibus & Juribus quietè ac pacifice relinquere nec debet aliter contentiosa religio quàm Christianis amicabilibus ac pacificis mediis & viis ad unanimem Christianum assensum & concordiam reduci & hæc omnia in vim cæsareæ ac regiæ dignitatis fidei principalis & per verba veritatis vulgariter **Waren Worteren** & sub pœna pacis publicæ, &c.

2. Pariformiter status Augustanæ confessionis Romanam Cæsaream Majestatem nos & Electores, Principes aliosque sacri Imperii status veteri Religioni adhærentes Ecclesiasticos & sæculares una cum eorum Capitulis & aliis qui Ecclesiastici status sunt (etjam non considerato an & ad quem locum residentiã transtulerint) salvo tamen ut in constituendis ministeriis observetur ordo vigore desuper particularis positi articuli (reciprocè in sua religione fide Ecclesiatum ritibus ordinationibus, ac Cæremoniis uti & possessionibus bonis immobilibus & mobilibus provinciis subditis dominiis superioritatibus jurisdictionalibus reditibus censibus & decimis sine gravamine permanere iisque pacifice ac quiete uti, frui citra ullum impedimentum permittant, fideliterque adhoc adjuvent neque via facti aliove illicito modo contra illos quicquam attentent sed omnimode juxta sacri Imperii leges ordinationes recessus & constitutionem pacis publicæ unusquisque adversus alterum ordinaria competente Iuris via contentus esto: omnia in vim fidei Principalis dignitatis & per vera verba sub pœnis evitandis in constitutione pacis publicæ comprehensis.

3. Attamen cæteri omnes qui alteri prænominatarum harum binarum Religionum non sint adhærentes sub hac pace non comprehensi, sed plane exclusi esse debent.

4. Quandoquidem etiam in transactione hac pacifica controversia mota fuerit, si Ecclesiasticorum unus aut plures à veteri Religione recessuri sint quidnam ratione illorum eo usque possessorum ac detentorum Archiepiscopatuum, Episcopatuum prælatorum & beneficiorum statuendum foret superquo vero religionis puncto partes concordare non potuerunt, sic nos vigore plenitudinis potestatis à dicta Romana Cæsarea Majestate nobis concessæ declaravimus & constituimus idque in præsenti scienter agimus hoc modo, quatenus aliquis Archiepiscopus Episcopus Prælatus aliusve quispiam ordinis Ecclesiastici à nostra antiqua religione defecerit ut is suum Archiepiscopatum Episcopatum Prælaturam & alia beneficia ac simul fructus omnes & proventus quos inde habuit, in continenti citra ullam contradictionem & moram (salvo tamen & illæso eius honore) dimittere atque capitulis, iisque quibus de jure communi aut Ecclesiastica vel religionis consuetudine competit alium antiquæ religioni addictum eligere & ordinare integrum permaneat qui etiam una cum Ecclesiasticis Capitulis aliisque Ecclesiis apud Collegiatorum & Ecclesiarum fundationes, Electiones, præsentationes, confirmationes antiquas observantias Jurisdictionalia ac bona immobilia ac mobilia, absque impedimento quiete relinqui debent, attamen citra præjudicium futuræ Christianæ amicabilis & finalis compositionis super religione.

5. Cum autem status quidam, eorumve antecessores, quædam Collegia, Monasteria, aliaque Ecclesiastica bona occuparunt, illaque ad templa, scholas, & pios, aliosve usus applicarunt. Sic etiam ea occupata bona (quæ ad eos qui Imperio im-

 media-

mediate subditi & Imperii status sunt, non pertinent ac quorum possessionem Ecclesiastici in pace Passaviensis transactionis vel hactenus non habuerunt) in hac pace comprehenduntur & includuntur & in ea ordinatione quam quisque status de occupatis præmentionatis & iam applicatis bonis, fecerit permanebunt & status illi ratione talium bonorum neque judicialiter neque extrajudicialiter pro obtinenda stabili ac in perpetuum duratura pace conveniuntur aut interpellantur.

Mandamus itaque & jubemus vigore hujus recessus Cæsareæ Majestatis Cameræ præsidi & Assessoribus ut ratione horum occupatorum & applicatorum bonorum nullam citationem, mandatum, vel processus decernant.

6. Ut eriam utrique religioni adhærentes eo magis in stabili pace & bona securitate interse & simul cohabitare & permanere possint, ideo Ecclesiastica Jurisdictio (attamen Ecclesiasticorum Electorum, Principum statuum Collegiorum & Monasteriorum Reditibus proventibus censibus & decimis sæcularibus feudis cæterisque Juribus ac Jurisdictionalibus uti superius dictum salvis) adversus Augustanam confessionem, religionem constitutiones & ministros Ecclesiasticos ritus ordinationes & cæremonias institutas sive instituendas, usque ad finalem religionis compositionem non exerceatur, sed illi religioni fidei, ritibus, ordinationibus, ceremoniis & constitutionibus ministrorum (sicuti postea particularis de hoc articulus ponetur) cursus suus relinquatur liber, nullumque impedimentum aut obstaculum iniiciatur atque ita sicuti dictum est usque ad finalem Christianam compositionem religionis Ecclesiastica Jurisdictio quiescere atque suspensa esse ac manere debeat. At vero in aliis causis & casibus confessionem Augustanam, religionem, fidem ritus ordina-

ordinationes & Ecclesiasticas ceremonias ac constitutiones ministrorum non concernentibus debet ac potest Ecclesiastica Jurisdictio per Archiepiscopos, Episcopos aliosve Prælatos prout eius exercitium in unoquoque loco usu receptum est ipsique in observantia & possessione eius existunt ulterius quemadmodum hactenus absque impedimento exerceri.

7. Quamvis etiam statibus antiquæ religioni addictis, omnes ipsis competentes reditus, census pensiones, ac decimæ uti supra dictum, provenire debent, sic tamen cuilibet statui, sub quo reditus, census illi, & pensiones ac decimæ, & bona situata reperiuntur, sua secularis superioritas, Jus & Jurisdictio quoad talia bona, quam ante orta hæc religionis dissidia desuper habuit & exercuit, integra & illæsa permanere debet veruntamen Ecclesiarum necessaria ministeria Parochias & scholas Elemosinas & hospitalia; qui ab antiquo tempore, ex dictis bonis, curare debebant, etiam deinceps ita providere & præstare teneantur, minime considerato, cujus religionis sint.

8. Quatenus etiam Ratione harum præstationum dissidia & lites exoriantur partes eligant arbitros quarum singulæ unum vel duos, eligere possunt, & sin hi minus inter se consentiant poterint impartialem diremptorem constituere qui partibus summariè auditis spacio sex mensium determinent quid quantumve pro sustentatione supradictorum ministeriorum præstari debeat, attamen ut ii qui hoc nomine conveniuntur ante controversiæ compositionem atque arbitrorum & quatenus opus, adjungendi diremptoris amicabilem decisionem aut pronunciationem possessione bonorum non spolientur, nec arresto impediantur, aut detineantur, interim vero isti ad quos ut supra dictum redi-

reditus pensiones, census, decimæ, ac bona spectant, ex quibus olim ministeria Ecclesiarum sustentata fuerant, seu quibus tale onus annexum erat, etjam ulterius usque ad controversiæ sicut olim consueverant præstare debeant.

9. Nullus status alterum statum ejusve subditos ad religionem suam cogat nec arte quadam ad se trahat, aut contra superiores eorum in tutelam vel patrocinium suscipiat aut ullatenus defendat, quibus vero antiquitus competiit Jus sibi eligendi patronos, ac defensores iis, per hoc nihil derogatum censeri, neque tales hic comprehensi esse debent.

10. Si vero Nostri aut Electorum Principum & statuum subditi, antiquæ religioni aut Augustanæ confessioni adhærentes intuitu eiusmodi suæ religionis ex nostris aut Electorum Principum, & statuum Sacri Imperii regionibus Principatibus Civitatibus pagis una cum uxore & liberis suis alio sese transferre ac domicilium figere vellent illis ejusmodi emigratio vel commigratio bonorum suorum possessionumque distractio dato conveniente redemptionis precio quoad mancipia & quantum pro cõsuetudine, & antiqua cujusvis loci observantia nomine tributi pendi solitum, sine cujusvis impedimento, concedi & permitti debet.

11. Et quoniam in rebus religionis ac fidei per media apta & decentia quæri debeat sed absque stabili pace ad Christianam & amicabilem religionis compositionem non commode perveniendum, sic nos & Electorum Consiliarii loco Electorum præsentes Principes status & absentium legati, ac consiliarii Ecclesiastici & seculares amore hujus pacis & concordiæ ad tollendam in Imperio diffidentiam & laudatam hanc nationem ab extrema imminente ruina liberandam ut tanto citius ad Christianam amicam & finalem compositionem dissidentis religionis perve-

perveniatur, consensimus hanc pacem cum omnibus supra scriptis articulis usque ad Christianam amicam & finalem compositionem in rebus religionis ac fidei nos constanter, firmiter, & inviolabiliter servaturos & fideliter adimpleturos.

Quatenus autem talis compositio per viam generalis consilii, nationalis conventus colloquii aut tractatus in comitiis non subsequatur tunc nihilominus pax hæc in omnibus supra dictis punctis & articulis vigorem suum usque ad finalem compositionem obtineat atque ita modo jam dicto, & alias undequaque constans, perseverans, inconditionata, perpetua duratura pax constituta: & decreta sit, ac maneat.

12. Et in tali pace liberæ Nobilitates quæ immediatè, Cæsareæ Majestati & Nobis subjectæ sunt etiam comprehendi debent ita & hoc modo ut ratione prædictæ religionis à nemine quoque violenter molestari, inquietari, aut gravari debeant.

13. Postquam vero in multis liberis & Imperialibus Civitatibus utraque Religio scilicet nostra antiqua & eorum religio Augustanæ confessioni adhærentium ab aliquo tempore in usu & observantia fuit sic etiam imposterum ita permaneat & in talibus Civitatibus servabuntur earumque cives liberarum ac Imperialium civitatum & cæteri incolæ Ecclesiastici aut secularis status pacifice & quiete cohabitent & neutra pars alterius religionem ritus Ecclesiasticos, Ceremonias abrogare aut ad easdem deferendas cogere intendat sed utraque pars alteram vigore huius pacis, in sua religione, fide, ritibus Ecclesiasticis ordinationibus & ceremoniis, item possessionibus & bonis omnibusque cæteris prout supra ratione utriusque religionis statutum, ordinatum & institutum est pacifice ac quiete permanere sinant.

14. Et omnia quæ in præcedentibus Imperialibus recessibus ordinationibus aut alias compre-

hensa & ordinata & huic paci in omnibus suis contentis articulis & punctis contraria exstant vel intelligi possunt, eidem nihil demere, derogare aut præjudicare debeant, neque contra eam ulla declaratio, vel aliud quod eandem impedire aut immutare possit dari, impetrari, neque acceptari & quantumvis daretur, obtineretur, & acceptaretur tamen inutile & sine robore esse, atque secundum id, neque judicialiter, neque extrajudicialiter quicquam agi aut pronunciari debet.

15. Illud & quodcunque suprascriptum ac in unoquoque articulo expressum fuit, & Cæsaream Majestatem, ac nos concernit, dilectio sua & Cæsarea Majestas atque nos debemus & volumus per Cæsaream ejus & Regiam Nostram dignitatem, & asseverationem pro Nobis & Nostris successoribus veraciter, & constanter, inviolabiliter, ac fideliter observare & exequi eiisdemque absque recusatione fortiter insistere, & è contra tam de præsenti, quam futuro, nihil neque ex plenitudine potestatis, vel alio quovis prætextu, quomodocunque appellari possit, nihil attentare agere, aut edere, neque alteri cujusvis nomine dilectionis suæ & Cæsareæ Majestatis ac nostro agere permittemus.

16. Et nos Electorum Consiliarii loco eorundem ac successorum ipsorumve hæredum, Nos præsentes Principes, Prælati, Comites & Domini etiam absentium Principum Prælatorum Comitum & Dominorum ac Sacri Imperii liberarum & Imperialium civitatum legati & mandatarii loco & intuitu Nostrorum Dominorum & superiorum, & successorum ac hæredum ipsorum, consentimus & appromittimus vigore principalis honoris, & dignitatis, sincere & in verbo veritatis atque per fidelitatem & fidem in quantum ad unumquemque attingit, vel attingere possit uti in omnibus dictum est, semper, constanter, fideliter, & inviolabiliter executuros, & sine recusatione servaturos.

17. Dein-

17. Deinceps obligamus & devincimus nos ab utraque parte quod Cæsarea Majestas Nos, nullusque status alterum quocunque prætextu id fieri posset, per viam facti, vel etiam alio quovis modo, occulte, vel manifestè per nos ipsos, vel per alios Nostro nomine molestare opprimere, oppugnare, cogere, affligere, vel gravare debemus ac volumus & quatenus etiam pars altera, vel status unus adversus, hanc editam pacem alterum statum (quod fieri non debet in præsens vel futurum de facto clam, vel occulte, invadere, & opprimere vellet, aut molestare intendat, tunc Cæsarea Majestas Nos & ipsi, Nostrique & illorum successores ac hæredes eo casu non solummodo violentam invasori & violenter attentanti, nullum consilium auxilium, nullumque patrocinium præstare, sed etiam parti alteri aut statui contra hanc pacem violenter invaso, & oppugnato, contra vim inferentem ac ira facti procedentem auxilium & patrocinium præstare volumus & debemus omnia fideliter & sine dolo.

8 Mandamus quoque & præcipimus vigore hujus nostri Imperialis recessus, Imperialis Cameræ Præsidi & Assessoribus, ut huic paci se conformes gerant atque partibus implorantibus, secundum eam, non attento. cujus ex supradictis religionibus, existant, decentia & necessaria, auxilia Juris impertiantur & è contra omnia hæc neque citationem, neque ullum mandatum & processus decernent, aut decernere debent.



Caroli V. Cæsaris declaratio

Super Articulis Comitiorum Imperialium Anno 1544.

Sumpta Ex Instructione quam ejusdem Sacræ Cæsareæ Majestatis Comissarii ad Comitia Augustæ Vindelicorum anno 1555 detulerunt.

De Recessu Comitiorum Spirensium Anno 1544.

POsteaquam Recessus Spirensis anno proximè elapso 1544. transactus, à multis ut intelligimus, reproducitur, in eoque præcipuè illud quod Pacem Religionis concernit, summopere movetur, usque adeo ut jactetur in præsentibus Comitiis punctum illud haud modicè urgendum & transigendum fore : Ut ergo Nostri Commissarii sciant, quid in iisdem tractare, permittere, acceptare & consentire debeant vel non, & juxta illud se dirigere possint, mentem & sententiam nostram iis brevissimè declaramus & aperimus prout sequitur.

Primus Articulus, ut noster ante hac conclusus & promulgatus de Pace Universali Religionis & Nationis Recessus &c. in omnibus suis punctis & Articulis firmiter ac inviolabiliter ob servetur & adimpleatur, nemo quoque cujuscumque demum seu magni seu parvi sit status, deinceps aliquem in Religionis & Fidei negotio inducere, oppugnare, invadere, capere obsidere, &c. Nullus item status aut membrum Imperii alteri, cui suo loco jus & actio est, liberum aditum commeatûs & pabuli, ædificiorum, censuum & redituum intervertere aut impedire possit, & ut discrepantia Religionis haud aliter quam Christianâ & amica compositione Universalis Liberi Christiani Concilii, Nationalis Congregationis seu Comitiorum tollatur & uniatur, existimanus pro majori securitate, & multis disceptationibus impedientis, ad amussim omnia

omnia, quæ Articulus Passavici contractus continet, impleantur.

2. *Ulterius* deinde cautum est, ne ullus Status alium ad suam Religionem cogat, nec alterii Subditos dolo malo abducat, vel contra Legitimos Superiores in tutelam suscipiat, ita tamen, ut illis qui ante hac ab antiquo jus Domini Tutelaris eligendi & admittendi habuerunt, per hoc nihil demátur, nostra quidem opinione permitti potest. Appendix autem hujus articuli, si post proximum Comitiorum Augustæ habitorum Recessum, aliquid contra hoc accidisset, ut omnino tollatur & inefficax sit &c. Nos absque præjudicio decernimus, quoniam ex eo inferri posset, quasi ea, quæ simili modo ante Augustana Comitia contigissent, nos tacitè probaremus & confirmaremus, hinc Nostri Commissarii illud tanquam aggravans nostram conscientiam nullo modo permittant.

3. *Tertio* ut Ecclesiasticis sua bona, Census & Reditus, quorum possessionem tempore Comitiorum istorum Augustensium habuerunt, consequenter maneant, ex simili consideratione molestum & grave, ideoque non permissum est: ita enim *spolia* & *Sacrilegia* ante id temporis facta, confirmarentur, & per hoc multis Principibus & Imperii statibus via denuo aperiretur, eos Religiosos, quibus interim ex parte restitutionem fecerunt, possessione sua pellendi & privandi, quod nulla ratione permittendum vel tolerandum erit.

Quare hæc nostra est sententia, ut si forte contigerit hunc articulum moveri vocarique ulla ex parte in dubium, in Generalitate ponatur & maneat, prout in Contractu Passaviensi generalibus verbis continetur.

4. *Quartò*, ut Ecclesiasticæ Fundationes, Claustra & domicilia, cujuscumq; Religionis Censibus, reditibus ac Bonis sub alterius Principatus, aut Dominio sitis nō privētur, ita ut cuivis Prælaturæ, Monasterio, Ecclesiæ &c. sui Census ac reditus illo loco, ubi Prælaturæ, Monasteria & domicilia ejusmodi jacent, absq; contradi-

ctione tradi permittantur, & ab illis Statibus aut Superioribus,non attēdendo cujuſcumq;Religionis illæ Prælaturæ.Monaſteria,Hoſpitalia ſint opere ipſo adjuveter.Et hoc non nihil periculoſū eſt,ſi inde cōcludi vellent, Eccleſiaſticos vel Religioſos à ſuis domiciliis vel Eccleſiis pulſos,ideoq; reſidentiā mutare coactos & alibi domicilia figentes , bonis ac reditibus ſuis privandos . eo quod contra voluntatem à dictis ſuis Eccleſiis ac Monaſteriis abeſſe debeant , Et quamvis mox poſt hūc articulū.§. **Dergleichen ſollen**&c.alius ſequitur, qui præcedentem Articulum videtur corrigere &immutare:quia pulſos ejuſmodi Monachos & Eccleſiaſticos excipit,ſic enim&tantundē ſonat(quod Prælati, Religioſi & aliiEccleſiaſtici, qui ob mutationemReligionis Ordinarias Reſidentias reliquerunt,& in alios Principatus vel Territoria domiciliū tranſtulerunt, in bonis ſuorum Monaſteriorū,Collegiorū& redituum ſub aliis Statibus terris & Juriſdictionibus ſitorū,quæ tēporeRatisbonenſisReceſſus poſſederunt uſque ad Religionis pacificationem & deciſionem ultimam differri & permanere debeant) nihilominus cùm dictus Articulus ad illa ſolummodo bona quæ in illis terris & Dominiis quô Eccleſiaſtici & Religioſi domicilia tranſtulerunt , ſita & obventura ſunt , trahat & reſtringat , imò ad illa tantùm quæ Ratiſponenſis Receſſus tempore poſſederunt ; hinc talis correctio non tollit dictam difficultatem & iniquitatem.

5 Ut quilibet Status in Bonis Eccleſiaſticis juris dictionem ſecularem,quā ab initio hujus Controverſiæ in Religione ad ea habuit, poſſeſſionem retineat &c. Hic Articulus æquitati conſonat, nec indiget diſputatione.

6.Ut ex Bonis Eccleſiaſticis, neceſſaria *miniſteria* EccleſiarumParochiarum & Scholarum,nec non Hoſpitalium fundationes & eleemoſynæ provideantur & conſerventur &c. Quamvis autem talium proviſionum ergo controverſiæ &ſiniſtræ interpretationes oriantur,volumus ut à nobis Commiſſarii conſtituan-

tur cognoscendum & discernendum, quid idcirco vel quantum sit dandum &c.

Hujus Articuli sensus, ut novæ Religionis Concionatores & Scholæ è Bonis ac reditibus Ecclesiasticis alantur &c. ex se invalidus est, & præter æquitatem, considerando, Bona illa Ecclesiastica à Majoribus nostris ad Dei honorem juxta veterem Orthodoxo-Catholicam Religionē promovendam esse fundata & Ordinata; ideo nec possunt nec debent, nostrâ etiam scientia, cōsensu & approbatione ad aliū usum quemcumque, nedum ad talem qui præsumitur, mutari & transferri cum Religioni nostræ quam à Majoribus tenemus, omnino contrarius sit. Nec verò decet nos in ejusmodi negotio, cujus nulla jurisdictio nobis competit, Commissarios Ordinare & ablegare.

7. Ut Status, qui de Bonis Ecclesiasticis, censibus & reditibus inter se jam convenerunt, vel imposterum amicè & benevolè convenient, in eo permaneant, Articulus probrosus est, & illo tantum tempore positus ob aliquos Status ac Principes, qui sub specie Contractus tam immaturi, omnia Monasteria sub sua Iurisdictione sita invaserunt & in illicitos Laicos usus & servitia commutarunt, ideoque nullo modo permittendus ne in consequentiam trahatur.

8. Ut Monasteria & Ecclesiæ inviolabiles & indivisæ maneant, æquum est, nihilominus malè observatum.

9. Quod in illo Recessu nostris id temporis Judicibus & Assessoribus Camerariis pro honore & æquitate sua testimonium sit datum, nihilominus iidem non diu post sub obscuris, subtilibus & intricatis verbis, Officiorum suorum executione privati fuerint, non modò contra omnem normam & æquitatem pugnat, sed illegitime actum est, ideoque deinceps, si fortè iterum attentari contingeret, seriò vindicandum, quia tali agendi modo Cameræ nostræ judicium ad intermissionem redactum est, & hinc sequitur quod totis quatuor annis in Imperio nemini Jus administratum sit, vel debito modo administrari potuerit. Id quod ante hac nunquam auditum est.

10. Quod

10. Quod res & tractatus cum Confeſſioniſtis Auguſtanis ſuſpendi debeant, multum difficultatis peperit, neque hodiedum ullo modo permittendum eſt, ut illi qui alios Status nobis obedientes graviter moleſtarunt nocueruntque, à juriſdictione noſtri Cameralis Judicii exempti maneant, illis verò qui contra eos conqueri vellent, jus & actio negetur, contra ab adverſariis ob poſtulata & novas actiones in judicium trahi debeant, adeoq; Confeſſio Auguſtana potiori ſit loco & conditione: hinc multis anſa dari poſſet eidem adhæreſcendi, ex quo non tamen Religio Catholica detrimentum capiet, ſed Juſtitia enormiter opprimetur.

11. Quod in Noſtra Imperiali Camera cujuſcumque demum Religionis Aſſeſſores quæant præſentari.

Cùm de hoc Articulo, an & ſi ſolùm intelligi debeat de Catholicis, & Auguſtanæ Confeſſionis Statibus, Paſſavii quoque ſit actum, prout ſupra fuſe meminimus, Noſtri Commiſſarii & Conſiliarii hiſce conformiter ſe gerant, & ſi aliter fieri nequeat, in Paſſavienſi contractu maneant, qui expreſſe tantum ad Status Auguſtanæ Confeſſionis reſtringitur, & reſtrictus manebit.

12. Quod Aſſeſſores pro cujuſque conditione ejus ſcilicet, à quo præſentabuntur, juramentum præſtabunt &c.

Si verba initio hujus articuli poſita generatim intelligantur, ita ut ad ultima referri nequeant, ideòque ex iis ſenſus hic capiatur, quod aſſeſſores juxta cōditionem & bene placitum eorum à quibus præſentantur jus dicere poſſint aut debeāt &c. nullo id modo eſt tolerandum, nā inde ſumma iniquitas & inæqualitas orietur, ut ij qui ejuſdem ſunt officii & æqualia gerunt onera, inæqualia juramenta edant juxta quæ jus poſſint dicere. Quod ſi verò Articuli hujus initia fini reſpondeant ſimulque ſumantur, eo ſenſu, ut libertas relinquatur Deo & ſanctis, ſeu Deo, & ejus Evangelio jurandi, ſupra mentem noſtram prolixè manifeſtavimus.

mus, quibus sese Commissarii & Consiliarii bene & facile scient conformare.

13. Quod Assessores absque respectu cujusque, & cujuscumque Religionis, jus dicturi sint, æquum est & rectè ordinatum, ideoque observandum, non attendendo quos & quales Camera nostra Assessores habeat.

14. Quod Augustanus Recessus (nempe de præterito 1530.) datus, & alii Recessus quantum Religionem attinet, erga Status Augustanæ Confessionis suspensus est, ac manere debeat.

Licet valde optandum, ut Recessus Augustanus jam memoratus, velut amussis & regula Catholicæ Religionis in suo vigore ac robore maneat & conservari possit, quia tamen hæc adversa, inquieta & turbulenta tempora id non patiuntur, ac fortè multorū Statuum culpâ Deus ad iracundiam graviorem impellitur, ut non tam cito ad plenariam compositionem & unionem Religionis pervenire possimus, ideo formidamus ne dictus Recessus hoc tempore multo minus, quàm elapsis annis plena cum impletione ac manutentione executioni queat mandari.

Ut autem (si in articulo discordis Religionis tolerantia sit omnino inducenda, & patientia habenda, donec Omnipotens Deus gratiam largiatur, ut hæc Religionis discordia redeat ad unitatem, & omnis controversia desuper orta cōponatur) apud extraneos nihilominus non existimetur, quasi aliquid hactenus ab Ecclesia laudabiliter observatum immutemur, vel in rebus Religionem concernentibus Recessus priores aboleamus, & contrarias Ordinationes constituamus, adeoque pro libitu nostro agamus, quod minus Nobis honorificum esse posset.

Hinc Nostri Consiliarii & Commissarii singulariter attendent, quod verba illa talem suspensionem involvant, & si aliter fieri nequeat, ut Articulus eo modo quo in Passaviensi Contractu positus est, maneat, utque ex nostra provisione Augustanæ Confessioni satisfiat, considerando talem tolerantiam, suspensionis alicujus

alicujus operationem, etsi id verbis odiosis non exprimatur, habere, & illos per hoc nihilominus finem suum assecuturos.

15. Quod communia ejusmodi scripta Jura contra Status Augustanæ Confessionis suspensa esse debeant.

Hunc Articulũ inter alios omnes censemus ponderosissimũ & difficillimũ: nã quantum irrecuperabilis damni & nocumenti multis obedientibus Statibus ac membris S. Imperii, eorumque subditis inde nasci possit, si finem ille suum assequatur, adeoque jura (quæ non recenti tempore, vel sub nostro regimine, sed partim ante, partim post Christũ natũ à laudabilibus Nostris Majoribus Imperii & comprimis Cæsaribus, illo nimirũ tempore, quo nullus vel minimũ de hac Religionis discordia scientiã vel cogitationem habuit, salutariter & bene ad Boni communis emolumentum statuta & ordinata sunt) absque ulla causa aboleantur, quasi probro & calumniæ, si hoc ullo modo permitteremus, consentiremus vel indulgeremus, cederet, quivis prudens facile poterit æstimare.

Ob multitudinem item ac magnitudinem scriptam Legum ac Jurium, nec nõ innumerabiles scribentium Libros, res impossibilis habetur certam Regulam & discrimen facere aut dare, unde quis declarationem nancissi possit ac scire, quæ jura hanc Religionis discrepantiam concernant nec ne, quomodo scilicet dictus articulus executioni esset mandandus ad separationem ejusmodi faciendam.

Et quamvis hæc separatio, discrimen & declaratio non videatur necessaria, donec illi casus accidant, nihilominus inter partes non solum, sed & inter assessores ipsos talis rixa oriretur, ut inde nihil aliud, quam ruina vel subversio judiciorũ & justitiæ exspectãda sit, prout multa docere poterunt exempla hic facile producẽda: nempe si contingeret, ut aliquis qui duas uxores duxisset, ideoq; adulterii accusaretur, ad suam excusationẽ adduceret, dicendo esse punctũ Religionis, nihil enim se aliud fecisse quã quod olim Patriarcha Iacob. Item si Mercenarius promisisset alicui se ædificaturum sacellum,

cellum,ideoq; accusaretur,responderet hoc pactũ esse illegitimum,nam per hoc idololatriam induci.Item si quis alteri alapam inflixisset, & ob injuriam in jus vocaretur, pro se verba Christi in Evangelio adduceret. prout multa similia exempla possunt adduci.

Ex quibus omnib' manifestò colligitur eos qui huic articulo pertinaciter vellent adhærescere, nihil aliud quærere,quàm cum jure & justitia jocari & nugari.

Et quamvis adhæc non existimari potest, discordiã Religionis non causare, ut rigor juris non ubique servari possit,sed mitigari, & jus in casibus hoc tempore contingentibus applicari debeat. Nimirum si contra sectatorem novæ Religionis adferatur & excipiatur quod sit hæreticus & per bullam Cœnæ Domini ut dicitur excommunicatus, ideoque nil juris ad justitiã habeat:nam hęc exceptio sine manifesta conturbatione permitti non potest. Item si contra aliquem sacerdotem vel Monachum uxori alligatum, vel ejus proles exciperetur velut apostatam, vel proles velut infames probrosos inidoneos ad testificandum; vel si diceretur eos qui matrimonio illegitimo & prohibito nati sunt, hæreditatis esse incapaces.

Nihilominus ob ejusmodi casus particulares unde raro lites & controversiæ juridicæ oriri solent ne statuta juris communis impugnentur, nec indesinentibus cavillationibus, & periculosis actionibus ansa detur, per quod Civilis Ordo & Politia conturbari possit.

Idcirco Nostri Commissarii,quidquid hujus Articuli causa posset adferri,bona cum discretione tollent,& in hoc laborabunt, ut dicti & similes casus,si qui pro temporis cõditione occurrerent, aliqua moderatione indigentes,Cameralibus Nostris Judicibus & Assessoribus relinquatur,qui pro ingenio, prudentia & scientia sua,dubio procul in dictis occurrentibus casibus & disceptationibus rẽ ad ejusmodi honesta, tolerandaq; media & vias deducent, quæ cõsiderando omnes rerũ circumstantias,decentia cõmoda & æqua sunt futura: postquã enim tot elapsis temporũ spatiis inReligionis controversia nihil à nostra Imperiali Camera est actũ,

unde

unde quispiam Novo Religionis Sectator jure meritò conqueri possit ac debeat, ita etiam non minus hoc tempore in Nostræ Cameræ Iudicibus & Assessoribus confidere poterunt, nimirum eos ita munus suum obituros, ut eorum Actiones ac decisiones omnino cuivis possint satisfacere.

Quod si tamen in supradictis ac similibus rebus & casibus tale dubium apud Cameræ nostræ Judices & Assessores oriretur, in quo invicem convenire non possent aut se resolvere, vel unde manifestum scandalum foret timendum, decernimus ut in illo casu Nobis & Nostris Statibus in Comitiis Imperii liberè queant proponere, ac desuper nostram decisionē & clausulam exspectare, ac per consequens sequi, vel extra Comitia Nobis, vel in absentia nostro Fratri dilecto Regi Romanorum proponere: ut ex officio nostra & Majorum Imperialium jura ac privilegia declaremus vel ex debito provideamus, donec communi Statuum consilio & matura deliberatione aliter ordinemus.

16. Ut Processus in Imperialis Cameræ judicio definiti ac conclusi quoad negotium Religionis, suspendi possint ac debeant.

In hoc eadem quæ Articulo præcedenti est sententia, omnino scilicet haud permittendum ut quivis suo arbitratu causam Religionis sibi formet ac sub tali quæsita specie & tegumento, aliis bona eripere, nec ideo juridice conveniri ac respondere nollet. Et postea quam nostra Imperialis Camera Universalis hanc obscuram incertamque exceptionem meritò repudiaverit, Status qui ad ImperialeNostrum Iudicium Cameræ jus præsentandi habent, curabunt, ut honestos & expertos Jurisperitos eo præsentent. Contra volumus in necessaria provisione nihil pati deesse à nostra parte, ne Professionis suæ terminos prætergrediantur, nec se ulterius quam illa permittit, immisceant, vel Articulos in Religionis & Fidei negotio decernant, sed omnibus æquale jus & justitiam, purè secundum Jura scripta communia, Statuta & Ordinationes administrent ac participent.

17. Ut

17 Ut res profanæ, in quibus Camerale Judicium est Recusatum, coram aliquot Commissariis in eo statu, quo ante recusationem fuerunt, reassumantur.

Cum intellexerimus hunc articulum contra Henricum ducem Brunsvvicensem positum, & major pars eorum, in quos præteriti belli causa habuit actionem, cum illo ut fertur jam contraxerint, vel contrahent, posset hic articulus manere intactus.

Quod si autem adhuc litem aliquibus de hoc moveret, illis profecto incumbit coram nostro Camerali Judicio, quod ordinarium efficacem cursum absque impedimento vel reassumptione iuxta Nostram & S. Rom. Imperii Ordinationem habebit, comparere.

18. Ut Goslariensis & Mindensis Proscriptio suspensa sit & maneat.

In hoc procul dubio nulla erit difficultas, quia, ut nobis relatum est, nemo propter Mindenses actionem prosequatur, & Goslarienses cum Duce Henricō convenerint.

Priusquam verò Nostri Commissarii ad memoratos Articulos Spirensis Recessus in specie descendant, si per Status reproducantur, universaliter & in genere ut commoditas feret, recusabunt, allegando omnes servituras rationes, præcipue autem, Status in eosdem communiter non consensisse; rem quoque non amplius in eodē statu versari: nam ipsosmet considerare posse, quidquid ob defensam Ecclesiasticam jurisdictionem & Bona mutuo consensu, in utrisque consequenter habitis Augustæ Vindelicorum Domitiis definitū & conclusum esset, tanquam in se honestum æquū & legitimum repudiare ab ipsis potius; cum illa viâ hactenus multi errores utriusque partis scientia & voluntate compositi & emendati sint, deinceps non minore fructu posse fieri: semper enim Nos ad requisitionem partium omni studio laboramus, tamquam cōpetentem moderationem & ordinationem servare ac tenere volumus ut ullus merito conqueri habeat; atque ita res quantum fieri potest eo dirigimus, ut in articulo illo dicti utriusque Recessus posito maneāt ac-

manere possint, ut proinde haud necessarium sit, in ulteriorem tractatum se immittere.

Caroli V. Romani Cæsaris
Epistola ad Reverendissimum Cardinalem Ottonem Episcopum Augustanum.

NOs Carolus Dei gratia Rom. Imperator, omni tempore amplificator Imperii Romani, Germaniæ, Hispaniæ, utriusque Siciliæ, Hierosolymæ, Hungariæ Dalmatiæ Croatiæ &c. Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ &c. Comes Habspurgi, Flandriæ, Tyrolis &c. Revmo in Christo Patri Domino Otthoni, Sāctæ Rom. Ecclesiæ titulo S. Sabinæ Presbytero cardinali, Episcopo Augustano, Præposito Elvvangensi, dilecto nostro Amico Principi & Consiliario, nostram amicitiā, gratiam, salutem & omne bonum, Revme, dilecte amice Princeps & Consiliarie &c Binas vestras accepimus, & ex iis vestram pro indictis Comitiis Imperialibus obedientem & benevolam oblationē, postulationem & desiderium clement. nostra satisfactione cognovimus. Ut ergo V.C. mandato nostro efficacius & melius verificari queat, præsertim cum hoc tēpore alii nostri Consiliarii: Con-Delegati & Commissarii vestri nondum in Imperiali nostra Civitate Augusta convenerint (nam honestus Consiliarius Aulicus & Imperialis dilectus fidelis noster Lazarus de Schvvendi ad nostrum beneplacitū ob singulares causas prægnantes, aliaque impedimenta urgentia huc ad Imperialem aulā venire nondū potuit, & alter Doctor Felix Hornung in via ascendendo, podagrâ cæpit laborare.

Hinc mittimus Tibi nostram Cæsaream instructionem Plenipotentiam & Credentiarias Literas, quas V. C. & aliis duobus supradictis simul & seorsim dedimus ex quibus nostrum statum, necessitatem, voluntatem & sententiam sufficienter & integre poteris cognoscere ideoque amicè & clementer exposcimus, ut absq; ulteriori mora, non attenta aliorum duorum mora (quæ tamen non diu ut speramus prorogabitur) pro persona tua in dictis Comitiis jam constitutis comparere,

dilect

dilecti Fratris nostri Romanorum Imperatoris adventum exspectare, insuper omnia aggredi & perficere velis quæ in hoc negotio agenda videbuntur, necessitas exiget, Væ quoq; C utilia & expedientia probabũtur, prout hactenus ludabiliter fecit, & pro amica clementiq; nostra exspectatione quã diligentissimè faciet. In quo Nobis rem gratissimã feceris, omni benevolentia & gratia nostra recognoscendam. Dabam in Civitate nostra Bruxellensi 20. die Nov. anno Christi 1554. Imperii Nostri 34. & Regnorum nostrorum 39.

CAROL.

Ad Mandatum Cæsareæ & Catholicæ Majestatis propr. P. Phinzing.

V. Seld. an Held.

Inscriptio.

Revmo in Christo Patri Domino Ottoni S Rom. Ecclesiæ titulo. S. Sabinæ Presbyto Cardinali, Episcopo Augustano, Præposito Elvvangensi dilecto nostro Amico Principi & Consiliario.

Alte memoratæ Cæs. Majest. Epistola ad suos Commissarios in Comitiis Augustanis Anno 1555.

Nos *Carolus &c.* significamus &c. Revme dilecte Amice, Princeps Consiliarie, Honeste itẽ, docte, Amice dilecte. Quod nunc iterum dilecto Fratri nostro Rom. Regi &c. pro promovendis & in persona visitandis Comitiis recens indictis scribimus & V. C. transmittimus, eidemq; plenipotentiã damus, insuper aliquot Nostri Imperii Electores ac Principes eum in finem rogamus, hoc V. C. & Tu ex, clausis Copiis talium nostrarum Literarum pro necessitate videbitis & colligetis. Cum ergo hanc existimemus viam rectissimam optimamque pro communi bono eo melius & facilius promovendo.

Hinc C.V. amicissime & clementissimè mandamus ut in eo casu erga dilectissimum Fratrem nostrum Rom. Regẽ &c. dictis nostris literis & datæ potestati conformiter omnia geratis, ut verò rerum statum ple-

nam & fundamentalem scientiam habere possumus, quæ illic transigentur & concludentur, diligenter perscribatis, Cùm etiam nesciamus quomodo negotium dictorum Comitiorum procedat, & nihilominus vereamur, ne à quibusdam adeo gravia & difficilia puncta moveantur, quæ Nos si præsentes essemus nullo modo approbare aut consentire possemus vel deberemus, ideoque in supra memoratum Fratrem nostrum dilectissimum Rom. Regem, procul dubio etiam contra V. C. voluntatem & sententiam (cùm eum semper pro Christiano Rege habuerimus & adhuc habeam⁹) ab aliquibus Statibus vehementissimè insurgi posset, ideò V. C & tu nihil nostro nomine authorizabis, sed ille cui plenissimam potestatem omnia tractandi & decidendi tanquam Regi Rom. & postNos in S. Imperio Capiti supremo dedimus, non solum quidquid in illo negotio accidere & oriri poterit, sed in omnibus contingentibus causis absolute queat transigere & definire. Vos autem nostro nomine nihil addetis, nisi ipsi obediens auxilium præstando, & omnia modo optimo quàm studiosissimè promovebitis. In quo V. C. & Tu rem Nobis gratã præstabitis, amica voluntate & gratia à Nobis cognoscendam nostram insuper amicam seriamque voluntatem ac mentem. Datum in nostra Civitate Bruxellensi in Brabantia 9. die Junii Anno &c. 55. Nostri Imperii 34. Regnorum.

CAROL.

Ad mandatum Cæsareæ & Catholicæ Majestatis propr. P. Phinzing.

V. Seld.

Epistola D. Felicis Hornung ad Reverend. D. Otthonem S. R. E. Cardinalem Episcopum Augustanum sub dato 25. Augusti 1554.

REverend. Princeps, Rever. V. Gratiæ mea semper obsequia omni studio sint paratissima, Gratiosissime Domine. Non possum celare in subjectissima obedientia, quomodo Sacræ Romanæ Cæsareæ

Maje-

Majestatis Vice-Cancellario Doctori Selden &c. antehac 7. hujus mensis significaverim, Hassicos legatos post lõgam exspectationem successus indictorum Comitiorum, hinc etiam discesserint, atque ita nemo alius præter Moguntinum Cancellarium & me ob Comitia memorata præsentem esse; Moguntinum etiam Cancellarium præ se ferre quod brevi abitũ cogitet. ut ex his & aliis omnibus circumstantiis aliud nihil colligere possim quam frustra me hic exspectare. Ex variis item sermonibus ac literis ad me quotidiè delatis tantũ ferè constat, vestram Gratios. & meam à D. Cæs. Majestate commissionem potius ludibrio esse & derisui, quam seriò ab illis cogitari rem nobis & comprimis altemem. Cæsareæ Maj. in Comitiis illis perficiendis cordi esse: quoniam etsi bellicæ turbæ, & aliæ mirabiles subitaneæ praxes & injustitiæ in Imperio, quæ hactenus Comitiorum felicem progressum inhibuerunt ac distulerunt, jam cessarent, imò nihil amplius in mora esset, nullus tamen Electorum aut Principum huc veniret, nisi novus denuo terminus & certum aliud tempus constitueretur, quo hic omnibus esset comparendum. Ne alius nimis maturè & frustra, alii nimis tardè huc advenirent, atque ita alius alium magno cum tædio & multis inconvenientiis exspectare debeat, &c.

Convocatio Cæsaris, Caroli V. & Literæ ad Electores ad Comitia Augustana 1554. ipso S. Martini ut compareant.

C*Arolus &c.* Reverend. dilecte Cognate, Elector, Quamvis juxta recentissimam nostram Cõscriptionem instantium Comitiorum tandem speraverimus fore, ut illa sine ullo impedimẽto initium ac progressum caperent, in quem finem Nostros etiam Commissarios tempestive satis ad locum Comitiorum amandavimus, & ut ad nos refertur, aliqui Nostri, & aliorum Electorum ac Principum Consiliarii & delegati ex parte aliquamdiu quoque illic substiterunt.

Nihilominus quia sine Nostra, vel minimû dilecti Fratris nostri Rom. Regis personali præsentia, res pro dignitate & necessitate vix initium capient, Nos verò toto tempore, ut manifestum omnibus est, tum corporis indispositione & impotentia, tum bellicis negotiis contra adversarium nostrum Galliæ Regem occupamur, dilectus autem Frater Rex Rom. similiter cum aliquot suis Regnis eorumque præsertim defensione, & per consequens pro solatio & securitate Nationis Germanicæ & totius Christianitatis contra Nostri nominis Christiani ac Fidei hostem hæreditarium Turcam, necessariis inevitabilibusque negotiis ita gravamur, ut utrique, Nobis & Nostro dilecto Fratri fuerit impossibile interim huic vel alteri viæ nos accingere.

Præterquã quod antehac quoque, ac tempore constituti proximè termini, graves ac periculosi tumultus bellici in S. Rom. Imperio ita invaluerunt, ut facile cogitatu fuerit multis obedientibus Statibus difficillimum fore, suas terras & subditos deserere, & Comitiis in tali cura & periculo personaliter interesse; unde speramus clementissimè, Nos & Nostrum Fratrem dilectum Regem Rom. in hoc apud C. V. aliósque pariter omnes meritò excusandos esse ac fore.

Iam verò cùm ad fraternam, amicam & continuam petitionem à Nobis apud dilectum Fratrem nostrum factam, dictus Frater hisce diebus amicè ac fraterne responderit se cum bono Deo die S. Martini proximà certò personaliter Augustæ compariturum, & negotia Imperii nec non Comitiorum conformiter nostris postulatis in nomine Domini inchoaturum.

Hinc nequivimus intermittere quin C. V. primo quoque tempore idipsum significaremus spe clementissimâ, cùm interea ab ultima cõscriptione nostra res Nationis Germanicæ per Dei gratiam & adhibitam operam multorum obedientium statuum benevolorumque incipiunt ad quietiorem statum & pacem inclinare, nec nõ omnino speremus, proxima Universali Circulorum tractatione Francofurti, certam, optatissimam

mam & necessariam pacem in S. Rom. Imperio restituendam,& per consequens aliis rebus ob quas Comitia indiximus,insignem ac bonam præparationem faciendam, hinc V.C. & reliqui Status quoad personalem adventum in dictis Comitiis, de quo dilectis nostris cognatis aliisque Imperii Electoribus, Principibus ac Statibus ante hac sæpius clementissimè scripsimus, & nunc supererogatoriè denuo scribimus & instanter monemus,vel ideo multò minus molestiarum & considerationum movebit.

Volumus itaque post hæc omnia,brevitatis ergo ad priores Indictiones & Tractatus referre omnia petendo clementissimè, ut V C. pro communi bono priores nostras indictiones postulata & monita, ex parte sua fideliter & obedienter exequatur, ac præfixo tempore Comitiis jam indictis certò personaliter ad. & interesse, nec ullo modo intermittat comparere, nec differat ex ullo impedimento, excepta unicâ Dei potentia & voluntate. Quod vero nos pro nostra persona,in hac re,& alias ad promotionem comprimis divini honoris,pacis,quietis,unitatis, & communis boni,emolumenti & incrementi S.Rom. Imperii Nationis Germanicæ patriæ nostræ charissimæ obtulimus clementissimè,ex nostra parte cum divina gratia nunquam defectus aliquis orietur vel invenietur.

Et hoc à V. C. clementissimè exspectabimus,ut ad nostram ejusmodi petitionem & admonitionem non emaneas, sed obsequenter compareas. In quo præter quam quod S. Rom. Imperio rem utilem ac debitam præstes,Nobis quoque singulariter pergratam præstabis, nostramque seriam voluntatem ac mentem implebis. Datum in nostra Civitate &c.

Inscriptio.

Electori Moguntino Reverendissimo & Illustrissimo &c.

Litera Commissionaria Caroli V. Rom. Imp. Electores status S. Rom. Imperii in Comitiis Augustanis.

CAROLUS Dei gratia Rom. Imperator omni tempore amplificator Imperii &c. Reverend. Illust. Reverendi Amici dilecti, Cognati, Avunculi, Affines Electores ac Principes, Prænobiles item, Honesti, devoti, nobiles & dilecti fideles. Revmo. in Christo Patri D. Ottoni S. Rom. Ecclesiæ titulo S. Sabinæ Cardinali, Episcopo Augustano. Præposito Elwangensi amico nostro dilecto, Principi & Consiliario, honesto item, docto Nostro & Imperii amico Fideli Felici Hornung juris Doctori, nostro Consiliario, & delegato Commissario in præsentibus Comitiis mandavimus, ut nostro loco & nomine vobis oretenus indicarent & V.C. devotioni, & vobis nostram mentem & sententiam aperirent ob negotia, quæ ab illis prolixius intelligetis.

Quare hæc est amica nostra & clementissima postulatio, ut memoratis Commissariis Nostris in negotiis & relationibus suis apud vos ut dictum est, faciendis, non secus ac Nobis ipsis præsentibus plenam fidem adhibeatis, vosque ad nostra postulata Clementissime & illorum relationes benevolè & promptè applicetis. In quo rem singulariter gratam, nostramque voluntatem ac montem præstabitis erga vos simul & seorsim cum benevola amica gratia iterum cognoscendam. Datum in nostra Civitate Bruxellensi Brabantiæ, die ultimo decembris Anno &c. LIV. Imperii nostri 35.

CAROL.

Ad mandatum Cæsareæ Catholicæ Majestatis proprium.

V. Seld.

Inscriptio.

REverendissimis Reverendis Illustribus, Prænobilibus, Nobilibus Honestis, nostris dilectis amicis

micis, Cognatis, Avunculis, Cõnſanguineis, Affinib⁹, devotis & fidelibus Imperii N. omnibus & ſingulis Electoribus, Principibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Dominis, Nobilitati & Civitatibus, in præſentibus Comitiis in noſtra & Imperiali Civitate Auguſta congregatis, vel eorundem Conſiliariis, delegatis & Commiſſariis ſimul & ſeorſim.

Reſolutio à Ferdin. I. Rom. Rege in Comitiis Auguſta anno 1555. data 30. & 31. Auguſti prælecta.

ROmana Hungariæ & Bohemiæ Regia Majeſtas Clementiſſimus noſter Dominus clementiſſime auſcultavit & percepit ea quæ Electorum & ſtatuum præſentium & abſentium. Commiſſarii & Conſiliarii delegati ſcripto deliberavere & obtulere ad S. Cæſareæ Majeſt. factam propoſitionem de communi pace Religionis & aliarum rerum, ſimul oretenus declarando quod in reliquis articulis deliberandis quoad Pacem Univerſalem eiuſdemq; executionem ac manutenentiam aliaque, quantum fieri poterit promovere cupiant.

Ex quo ſua Rom. Regia Majeſtas facilè colligit, Electorales Conſiliarios, Principes item & ſtatus comparentes, & abſentium Conſiliarios & delegatos hæc puncta egregiè arripuiſſe, examinaſſe & tractaſſe non tamen omnino convenire potuiſſe.

Poſtquam ergo præter S. Imperii Receſſus, ordinationes & promulgatam Cæſaream univerſalem pacem communes Status æqui benique conſuluerunt, ut Religionis & aliarum rerum ergò, univerſalis pax proponatur & concludatur, ad erigendam verò & diu conſervandam eiuſmodi generalem pacem ex opinione quidem S. Rom. Regiæ Majeſtatis, hæc præſertim duo puncta ſervient & conducent, primò nempe, ut in propoſitione, & conſtitutione hujus generalis pacis ante omnia æquitas oculis ſubiiciatur, & nulla pars alteri contra æquitatem, & acquiſitam ab antiquo juſtitiam prævalere aut gravare velit, deinde, ut conſtitutiones

& Statuta claris, non intricatis manifestisq; verbis exprimantur, omnibusque proponantur, ut propensi ad lites & discordias illa vix ad alienã, inconvenientemq; intelligentiam detorquere, & ad sua irrequieta proposita, vel ex ipsis scriptis ad pacem & quietem confectis, plane contrarium, nempe communem inquietudinẽ ac discordiam excitare queant, ideo Rom. Regia Majestas, ut supradictum, scripto oblatus universalium Statuum considerationes sufficienter perpendit, & nomine S. Cæs. Majest. Clement. Nostri Domini juxta ejusdem clementissimam plenipotentiam & relictum arbitriũ, amicam hanc & clementissimã Resolutionẽ.

1. Primo Rom. Regiæ Majest. Clementissimè placet Mandatum pacis, ut in Articulo primo scriptæ considerationis ponitur.

2. Itẽ relinquit secundum Articulum, cujus initiũ. **Vnd damit solcher Fried** &c. approbatq; clementissimè, hac tamẽ conditione, ut ad legitimã declarationẽ dispositionis §. **So sollen die Käys. vnd Königl. Mayest auch Churf. vnd Stände deß H. Reichs keinen Standt von wegen der Augspurgischen** Cõfession **vnd derselben Lehr** &c. post verba: **keinen Standt**, addantur hæc verba Imperii, ut hæc disputatio (ut & procul dubio à communibus Statibus aliter non accipitur;) ad status Imperii immediatos tantum referatur, nec inde causetur, ut uspiam subditus alicujus Imperialis Status ex eo quod pro illius territorii subdito agnoscatur, sub specie Confessionis Augustanæ se Domino suo præsumat opponere, & tunc primũ disputari necesse esset, an hæc verba solum de Statibus Imperii accipienda sint, an etiam ad alios Imperio non subditos extendenda: Nam sua Reg. Majest. æquum existimant, & communi paci proficuum ac necessariũ, ut hæc Constitutio, prout supradictum, clarè ac manifestè ponatur, nec per obscura verba disceptationi locus relinquatur, & ut major; controversia, discordia & inquietudo vitetur.

Quod autem per Augustanæ Confessionis status Consiliarios & Legatos consideratum ac motum fuerit

rit an dicto articulo annectendũ sit,ut in hac Pace cõprehendantur etiã omnes equestris Ordinis Hanseatici & civitates, non secus ac aliis status &c.in hoc suæ Reg.Majest.nonnihil admirationis ortum est, cùm enim ipsi hactenus non sit aliquid ejusmodi propositũ, quod equestris ordo, Civitates Hanseaticæ aliæq; per se vel alios Plenipotentiarios id moverint vel quæsierint,ideo sua Reg.Maje. ob hanc & alias causas hoc ex sua parte nequit approbare, vel in hac Constitutione simile quid ordinare,ideo vel maximè, quia hujus pacis causâ Reg. sua Majest. nomine altememor. Cæs. Majest. Electorum ac Statuum Rom. Imperii in hisce Comitiis conscriptorũ tractabit & concludet,nec ferè auditum sit,pro aliis non Imperii Statibus similesConstitutiones & Ordinationes factas aut faciendas à Statibus Imperii propositas.Enimvero hinc non leves inconvenientiæ ac difficultates orirentur:*Primò* quantũ ad Equestrẽ Ordinẽ in communi allegatũ, considerat sua Reg.Majest.hæc verba tantùm de liberisEquitibus nulli alii præter Cæsaream & Reg.Majest.subjectis.vel iis qui aliis Imperii statibus subditi territoriales sunt considerari posse. Iam verò non expedit nec convenit ob liberos Equites in Comitiis Imperialibus, sicut ob alios Imperii Status Cõstitutiones & ordinationes cõficere, attendendo illos vi suarum libertatum & privilegiorum ab antiquo per cõ suetudinem possessorum, Rom.Imperatori tantũ &Reg.Maj subjectos esse,idq; non modoCæsareæ & Reg.Maj.quoad supremã jurisdictionẽ, sed etiã liberis illis Equitibus quoad libertatis & privilegiorũ imminutionẽ præjudiciũ adferre:nã etsi primùm,absq; illorũ petitione ac scientia, illis vel omnib. Vel aliquibus aliquid ejusmodi acceptum statueretur & ordinaretur, cõsiderare nihilominus & expendere possent, in futurum quoq; statui & ordinari posse ipsis & posteris difficilia futura;&ne tunc diceretur, sicut gratas cõstitutiones absq; eorũ sciẽtia factas arripiunt,ita etiam difficiles, & inauditis ipsis emanatas esse tolerandas. Unde prudenter colligitur, supradictam appendicem Liberis Equitibus, non servire, & quam-

quamvis in eo Reg. Mtas. consentiret, ad Equestri ordine potius repudiandam fore quàm acceptandam. Quæ cùm ità sint, & præterea sit manifestum, si liberi Equites contra Cæs. & Reg. Majestates ob Religionis pacem, vel profanam se opponant, ideo apud illas Majestates prout in aliis gravaminibus usitatum & ab antiquo receptum est, remedium quæsituros, & contra Cæs. & Reg. Majestatem se quoque adversus illos velut auctores & Conservatores Nobilitatis omni debita, imò paterna gratia exhibituram.

Quare ex eorum parte nil opus est tali appendice ac mentione. Si vero sub talibus verbis Equestris Ordinis, territoriales nobiles Electoribus & aliis Statibus quoad territorium subjecti sint intelligendi, sciunt Augustanæ Confessionis complices Status, Consiliarii & legati ex se perpendere, quod iidem, aut alii subditi neque per hanc appendicem ac mentionem, nec aliam quamcumque viam contra Ordinarios terræ dominos, Principes vel Superiores confirmari vel defendi debeant, prout in anterioribus Imperii juribus & ordinationibus provisum est, & in antedicta Consideratione 6. articuli sequentis. Es soll auch kein Stand den andern noch desselben underthanen etc. optimo modo prospectum. Ex quibus omnibus aliisque plurimis causis ponderosis & legimus, imprimis ad majorem pacis unionem inter Dominos eorumq; subditos conservandam, nequit sua Reg. Majest. consentire, ut hæc appendix Ordinem equestrem concernens, Constitutioni inseratur.

Siquidem quantum hæc appendix & consideratio Civitates Hanseaticas aliasque concernit, existimat sua Reg. Majest. illam ex parte Hanseaticarũ aliarumque Civitatem immediatè Rom. Imperio subditarum supervacaneam esse, cùm id merito sicut apud alias liberas & Imperiales civitates observari debeat. Hanseaticas autem quod attinet aliasque Civitates quæ Rom Cæsariæ aut Regiæ Majestati aliter quam Cæsari aut Regi, aliis etiam Electoribus & Imperii Statibus subjectæ sunt, ipsimet eorundem statuum commissarii

& Legati prudenter cogitare possunt ibidem esse hic judicium, sicut de Equestribus Ordinibus Imperiali alicui statui subditis dictum est. Quia verò justum & æquum est ut cuique suum jus indubitatum & illæsũ maneat, uti pacificos decet, adeoque ad commuuem pacem & quietem parum faciet, si confessionis Augustanæ Status, consiliarii & Legati, interim tũ (Domini eorumque subditi usque ad Christianam compositionem in suæ confessionis Religione permittentur, nõ in hoc acquiescant, sed velint præterea, Catholicæ antiquæ Religionis Statibus ratione Hansceticarum aliarumque civitatum, ordinationem ac modũ præscribere, cum tamen eos in Religione sua debeant relinquere; quod si tamen eorum dominis & Superioribus ob civitates Hanseaticas earumque subditos, à Statibus antiquæ religionis in eo condescendatur: Vult & desiderat clementissimè Reg. Majest. ut supradicti Status confessionis Augustanæ, consiliarii & Legati à tali postulatione voluntariè discedant, aliosque ad tam molestam inæqualitatem & gravationem inducere ulterius non petant, sed acquiescant, ut Status antiquæ Religionis suorum statuum erga jus & authoritatem in suos subditos habere & usurpare possint Augustanæ item confessionis Status erga suos subditos, ut hactenus commodè factum est, non impediant, sed juvent, prout ab illorum dominis & superioribus ipsismet nihil aliud in anterioribus comitiis & aliis conventibus disputatum nec obtentum, & ab ipsis velut eorum consiliariis & Legatis merito nec hodie ulterius quidquam peti debet.

Suæ Rom. Regiæ Majest. ulterius prolixè intellexit & perpendit, quid tres Archiepiscopi Electores & antiquæ Religionis nostræ Principes & Statûs singulariter cõsideraverint & in supradicto Religionis articulo apponendo. §. **Doch sollen hierin die Erzbischoffen &c.** utile ut bonum judicaverint neque Reg. Majest. post maturam deliberationem reperire non potest, quod consideratio Augustanæ confessionis eique adhærescentium Statuum, ac subditorum, iis vel in mini-

mo quidquam eorum abripiat, quorum in possessione jam fuerunt, sed ut solum constituatur & ordinetur acerrimè tamē, quid in casu Prælaturarū & Beneficiorū redituum Ecclesiasticorum observari debeat, si eorum possessores aut Curatores contra suam vocationē vellent assumptum statum, & vetustā Religionē deserere ac repudiare dummodo eæ Prælaturæ ac beneficia in usu & esse conserventur, quo Fundatores (quorum extremam voluntatem invertere sit nefas) ad laudem & honorem omnipotentis Dei ordinarunt & fundarunt, & in quo vi sæcularium & Ecclesiasticarum Legum, præcipuè Ordinationum, Recessuum, Pacificationum universalium & recentis Passavici contractus quieti sunt relicti, nec opere quidquam violento contra eos peccatum est, neque tractari poterat.

Cùm ergo jā allegatæ antecedentes Constitutiones & ordinationes, sigillatim ultimæ, & Passavicus contractus ipse taliter sit constitutus, ut Status Augustanæ Confessionis alios S.Rom.Imperii Status antiquæ Religioni adhærescentes sæculares, Ecclesiasticos in suæ Religionis cæremoniis, Ordinationibus & cōsuetudinibus in bonis quoq; suis mobilibus & immobilibus, terris, hominibus, reditibus, censibus, quoad superioritatis jura nō gravēt, sed pacifice ac quiete frui permittant, sua Reg. Maj. cogitare non potest, qua ratione & æquitate Ecclesiasticis antedicta appendix sit negāda? cum eô tantum tendat ut Fundationes Prælaturas, Beneficia, & inde proprias superioritates & jurisdictiones quiete ac pacificè possideāt, usurpēt ac cōservēt. Quod tamen, si huic articulo renuntiare cogantur, fieri non posset, cum inde concludi videretur, si aliquis ex Religioso statu suo & antiqua Religione discedat quod nihilominus Prælaturarum & Beneficiorum administrationē, quæ ipsi ut Ecclesiastico competit, dimittere cogatur, eâq; privetur, aut indignus agatur; Nec alii Ecclesiastici contra eos, ratione similis renuntiationis quidquam usurpare possint. Unde & cōsequens erit, ut quod sub ipso vel apud ipsum usurpare possent, parva pace vel nulla quiete usurpēt, quod supradictis juribus

Impe-

Imperii ordinationib.&Recessibus,imo Articulo mox sequenti,cujus initia §. **Es sollen auch** *rc.* planè contrarium, & ad conservandam dilectam pacem non proficuum esset. Quoniã ergo æquitati est consentaneum,ut Fundationes, Prælaturæ &beneficia per eos regantur & administrentur, qui juxta Fundationes & Fundatorum voluntates ad illa qualificati & idonei sunt, nec tamen iis frui permittantur (quam diu enim sic idonei sunt & manent,iis tamen renuntiant,vel aliter se gerunt quam fundationes sinant & jus Ecclesiasticum ab iis exigit) eo casu liberum sit aliis Ecclesiasticis ex consensu legitimorum Superiorum & Juris, exclusione & amandatione talium personarum, legitima itẽ provisione fundationumPrælaturarum& beneficiorum,ea usurpare,ut excessus talium personarũ iis ipsis,& non possessisBeneficiis obstet:hinc sua Reg. Maj.æquum esse judicat,ut ad conservandam Ecclesiasticam diu acquisitam superioritatem & jurisdictionem,& cavendas omnimodas controversias & turbas, quæ facilè alias inde consequi possent, Appendix dicta,ut postulata est, in hac universali pace permittatur, si quidem hæc pax Ecclesiasticis adpacem& tranquillitatem, non verò ad finalem oppressionem & extirpationem dirigenda sit & concludenda.

Et hinc admonet suaReg.Maj.Augustanæ Confessionis StatusConsiliarios &Legatos clementissimè,ut ejusmodi incorporationem non diutius impugnẽt,sed velut suis Dominis & Superioribus non præjudicialẽ seu perniciosam, & Statibus antiquæ Religionis præcipuèEcclesiasticis necessariam approbent & benevolè acceptent,nec non in eo considerent minus æquum esse, ut antiquo-fidelibus & Ecclesiasticis rem adeo difficilem proponant,nõ attendentes,quod Catholici AugustanæConfessionis subditis desuper parcant,nec modum aut ordinem præscribant, qua ratione cum apprehẽsis Collegiis,Monasteriis ac Beneficiis in Passavico Contractu contra pacem haud comprehensis, eorumque possessoribus aut Curatoribus, aliis item suis Prædicantibus & Ecclesiæ Ministris tractari

debeat,

debeat, si iidem se talium curationum & officiorum reddant incapaces. Nam sicut illis molestum accideret, si antiquo-fideles peterent aut vellent ordinare, ut eos quamquis à confessionis Religione deficientes & contra docentes retinere deberent, ita & multò gravius accideret antiquo-fidelibus & Ecclesiasticis, ut apostatas in fundationib⁹ Prælaturis ac beneficiis eorumque utsurpationibus relinquere ac tolerare deberent, quamvis Religionis suæ negligentes, desertores & impugnatores: unde nihil nisi rixa, aversio, & perniciosa certamina orirentur, quod revera non est via pacis conservandæ, sed potius discordiæ & litis promovendæ.

Cùm deinde articulus seu §. **Es sollen auch ꝛc.** in se contineat mandatum pacis, quomodo Augustanæ cōfessionis Sectarii erga alios S. Rom. Imperii Status ea sit conservanda, & mox initio post nominationem confessionis Augustanæ Statuum hæc verba ponat **auch sonst alle andre Ständt**/ existimat sua Reg. Maj ut hæc verba: **auch sonst alle andre Stände**/ omittātur, ut vi illorum non possit dici hanc pacem non modò inter Majestatem cæs. & Regiam, aliosque Augustanæ, aut catholicæ Religionis Status erectam esse; sed insuper omnes alios inter Status extendi; unde consequentur Sacramentarii, Anabaptistæ aliæque multis modis reiectæ & prohibitæ sectæ velut se paci inclusas jactarent, quod tamen fieri nullo modo oportet, nec ab alterutra parte tolerabitur vel probabitur.

Adhæc quia in eodem articulo non expresse positum est, qua ratione Status Augustanæ confessioni adhærescentes erga supramemoratas cæs. & Reg. Majest. se gerere debeant, sed tamen colligitur è præcedenti articulo §. **Vnd damit solcher fried**/ &c. ubi clarè exprimitur quid cæs. & Reg. Majestas Electores &c. antiquæ Religionis erga confessionis Augustanæ Sectarios Status agere & omittere debeant; hinc consideratio Reg. Majestatis exigit merito ut respectu suæ Maj hic quoque antiquo-fidelium Catholicorum mentiò

habeat

habens, vel in jam dicto suprapoſito articulo ſuæ Majeſtatis etiam ſimul mentio fiat.

Et quia talis articulus ſub finem tali pœna clauditur; nempe omnia ſub pœna in Univerſali Imperii pace comprehenſa, cenſet ſua Reg. Majeſtas ut ibidem quoque pœna illa exprimatur his verbis: Omnia ſub Principali honore, veris verbis & pœna Pacis univerſalis. Vel ut ſupradicto in articulo, qui Cæſ. Majeſtatis & Regiæ, Catholicorum item ratione hujus pacis promiſſionem complectitur, illa verba: *ſub Cæſ. & Reg. dignitate, Principali honore & veris verbis*, omittantur, ut in hoc legitima paritas ſervetur.

Reliquos Articulos ſua Reg. Majeſtas oſtendit ſibi placere, uſque ad articulum incipientem: **wo aber der Keyſ. vnd Kön. Majeſt.** &c. Quem articulum Reg. Majeſtas item Cæſ. & Reg. Majeſtas ſubditi ob multa ſingularia privilegia & conſuetudines diverſarum ſuæ Majeſtatis terrarum, ſubditorumque nequit approbare & conſentire, ſed potius, judicant eum planè omittendum. Ut verò hæc pax juxta articulum: **vnd nach dem in vergleichung** uſque ad finalem compoſitionem controverſiæ Religionis duret, id ſuæ Reg. Majeſtati nomine S. Cæſ. Majeſt. & ſuo clementiſſimè perplacet, exiſtimatque hanc ſententiam cum hujus articuli verbis uſque ad verſiculum: **wan dan ſolche vergleichung** (prout æquitas exigit clarè ſatis poſitum eſſe. Sed illa verba: **wo dan ſolche vergleichung**) & alia ſubſequentia cenſet Reg. Majeſtas omittenda, conſiderando illa non ad compoſitionem Religionis, ſed uni vel alteri parti, vel aliquibus litigioſis pacis oſoribus Statibus ab utraque parte tantùm ad majorem pertinaciam, & ad alendam diviſionem animæ corpori & Bonis noxiam, ſervient, cauſamque dabunt vel dare poſſunt, ut eô minus per colloquia, nationales conventus, vel etiam Generalis Comitii viam ſe inſtrui ſinant.

Porrò cum notorium & manifeſtum ſit, in multis liberis Imperii civitatibus utramque Religionem, antiquam ſcilicet & novam, Catholicam & Auguſtanam

G ali-

aliquot jam annis in usu esse ac servari, considerat Reg. Majestas è re fore ac necessarium, ut propter illos etiam in hac universali pace talis fiat Ordinatio, quia deinceps, uti hactenus, Ecclesiastici & secularis status personæ in eiusmodi liberis Imperii Civitatibus simul pacificè ac quiete conversentur & cohabitent, nec una pars alterius Religionem, Ecclesiasticas consuetudines ac cæremonias abolere, ridere, aut opprimere studeat, omnia sub pœna Universalis pacis. Quod ipsum juxta S. Reg. Majestatis sententiam non solum pro conservanda quieteRerum publicarum, est consultum, & practicabile, sed etiam juxta conditionem Civium & incolarum in liberis Imp. Civitatibus legitimum æquum & paritati consentaneum est futurum, considerando Cives liberarum Imp Civitatum omnes simul immediate Rom. Reg. & Cæs. Majestati & S. Imperio, æque ac alios multos status esse subjectos. Nunc si aliæ Imperiales Civitates libertatem habeant in antiqua Catholica, vel nova Augustana permanendi, idipsum aliis liberarum Imp. Civitat. incolis vix negari poterit.

Nec parum habiturum esset molestiæ, si minor & infirmior pars in aliquot liberis Imp. Civitatibus deberet permittere se per majora potioris partis vota & suffragia in Senatu vel Rep. à Religione antiqua nunc possessa & Ecclesiæ cæremoniis ac ritibus adAugustanam confessionem, vel è contrario ab illa confessione ejusque cõsuetudinibus ad veterem Religionem cogi & compelli, cum par in parem jus nullum aut potestatem habeat, præsertim in tam difficili negotio Fidei ac Religionis, & si Cives ex toto vel parte, quoad Religionem aliquibus Superioribus subesse ac parêre seque instrui permittere debent, æquum sit ut nulli alteri melius se accommodent, potiusque obtemperent, quam legitimo Superiori ordinario, scil. altememoratæ Cæs. Majestati quæ ante hac gravibus de causis in aliquot liberis Imp. Civitatibus supradictæ utrique Religioni permisit alternam cohabitionem & exercitium, quod exinde quoq; absque molestia, difficul-

tate,

tate, & ruptura pacis & unionis inter Cives institui poterit.

Hæc omnia vult S.Reg.Majest.Electoralibus Consiliariis, comparentibus Principibus, Statibus, & absentium Legatis Consiliariis & deputatis, ad indicandam Clementissimam voluntatem ac mentem, & promovendam conservandamque fructuosè universalem stabilem pacem proposita & insinuata, manetque iisdem cum omni amicitia gratiaque semper addictissima.

Protestatio Illustrissimi S.R.E. Cardinalis Othonis Truchsesii contra Pacem Religionis An.1555. 23. Martii Augustæ.

NOs Otho miseratione divina S. R. E. Presbyter Cardinalis & Episcopus Augustanus &c. fatemur ac declaramus hoc nostro chirographo, quod omnem amatam pacem efficaciter promovere, & ex nostra parte fideliter servare, neque erga quemlibet hostile aliquid moliri velimus: juxta hoc autem, profitemur ore, & corde, quod in propositas notulas, seu media religionis, & quidquid ei adhæret, in dogmatibus jurisdictionibus, rebus, ac personis, multum vel parum consentire, neque possumus, neque volumus: sed speramus, nos in juramenti nostri vinculo, quod Pontificiæ sanctitati, ac Romanæ sedi, & Cæsareæ Majestati, sacroque Imperio præstitimus, in omnibus punctis, & articulis, illæsos, & inviolatos esse permansuros: ac potius, quam contra hoc in aliquem tractatũ consentiamus, corpus, vitam, & quidquid in terris habemus, constanter derelinquemus: idque coram Deo, & toto mundo expresse reservatum nobis volumus, quod in juramenti nostri vinculo, ut constans Christianus, & natus Germanus, usque ad mortem perseverabimus. Actum augustæ in Palatio nostro Episcopali, die 2. Martii Anno 1555.

FERDINANDVS II. IMPER. AVDITIS utrinquo sententiis, Edictum, super restituendis bonis Ecclesiasticis, post pacificationem Passaviensem interceptis, publicat.

FErdinandus II. Imp. semper Augustus, &c. Nihil dubitamus, inquit, ad omnium in universum pervenisse notitiam, quibus sub oppidò noxiis, & periculosis, hæc *Germania*, communis utique patria nostra, à multo tempore fluctuârit procellis ac motibus. Caussam tantæ diffidentiæ, & collisionis, indè usque ab initiis *Religionis* iniecit discriminatio. Illis præeuntibus usuvenit, ut adversus tàm *Religionis*, quod *Pacis* publicæ, transactionem, libidinatio in diversa spolia, perniciosasque machinationes, despumârit. Ut etiam hic ille iste impetus omnis generis frigidis prætextibus, verborumque digladiationibus inanibus, super *Pace Religionis* super injectis, colorari voluerit. Exindè, tanquam è sentina, profluxit, posteaquam id genus pacis turbatores caussâ cecidissent, jamque, ob prævaricationes suas, subvererentur, ne graviorem tandem sententiam exspectare necesse esset, ut, excussis legum habenis, ac repagulis, denique *Iudicem* pati detrectarent, saltemque in hoc incumberent, quò pars læsa, sub colore compositionis, prætensiones illas suas penitus ejurare teneretur. Hujus ad scopi consecutionem, tanquam cogere vellent, initio res novas agitare, variaque in fœdera clancularia ire cœperunt. Mox palàm emersit *Unionis* axioma. Usque dùm, insurgentibus intrà *Bohemiam* rebellionibus, in alia, magisque suspecta, fœdera, cum externis *Magnatibus*, ipsoque *Turco*, transitum est. Donec universa patria hanc in catastrophen, hæc ad tropica devoluta est; Undè vix emergere sustinet. Tametsi verò hæc superimpendens calamitas diu antè notari cœpisset, ut etiam de remedio deliberatum sit, nihilo-minùs cauſ-

caussæ intervênere arduæ, quos ob auxilium differri contigit. Nempè, sub *An M.D.LIX. Avus* noster, *Ferdinand. Imp.* ubi tùm primum adversus *Religionis pacem* querela, non admodum concinna, emersisset, inspectionem caussæ illius ad *Cameram Spirensem* remisit. Sed hæc via quod minùs rideret *Protestantibus*, decisionem ab ipsomet *Imper*, urgere non destiterunt, sub hoc abjecto indicio, non paucas è querelis illis usque adeò evidentes, & manifesti juris esse, ut vel perfunctoriè è nudo *Pacificationis Religiosa* contextu illicò decidi queant. Et hæc quidem sive generalis, sive perfunctoria, decisio, sub insequentibus comitiis præsertim *An. M.D XCIX.* urgeri cœpta est. Sed, quod tùm quoque gravissimæ in *Turcos* expeditiones moras injicerent, sententiam denuò extrahi contigit Nihilominus, antecessores nostri, ne causa periclitaretur, interim parti læsæ viam juris aperuerunt. Vt tàm apud *Aulam Cæsaream*, quàm *Cameram Spirensem*. ex lege pacificationis *Religiosa*, jure experiri possent. Sed neque illa ordinaria juris via *Protestantibus* sive *Correspondentibus*, placere potuit. Vt, sub *Anno M. DC. XIII.* denique novam querelarum cathenam retexentes, etiam *Imperatoris* illam primitus petiam, decisionem repudiarent, immò, alium insuper amicæ compositionis modū proponerent. Hæc spes ubi decollasset, *Matth Imp.* eò usque, super aperienda compositionis diæta, fatigârunt, donec consensum illius impetrârunt. Posteaquam autem *Catholicorum Ordinum* gravamina legitima penitùs ad animum admisisset, intellexissetque illos neque à *Pacificationis Religiosa* codicillis neque juribus suis acquisitis, aut recedere posse, aut velle, ut, cùm jure prævaleant, transigere haud quiti sint, reclamante *Pacificationis* illius diplomate, *Cæsar* hoc remedii genus, tanquam ultimum, ac siquidem conclamatum, repudiare cœpit. Vt, cum ista via graviores in labyrinthos inducere satageret, deinceps intermitteretur. Nec defuêre è numero *Protestantium*, qui ipsi affirmarent, absque consensu alterius partis, nempè *Catholicorum*, composi-

tionis effectum sperari posse nullum. Undè tandem, secundum *Catholicos*, *Saxoniæ Elector*, & *Hessiæ Darmstatinæ Landgravius*, *Cæsari* autores fuerunt, pateretur, *Cæsarum* superiorum imitatione, ex officio *Cæsario*, juxta Imperii *constitutiones*, litibus, ac gravaminibus mederi.

Quam in rem cùm in animum officii *Cæsarei* nostri rationem revocemus, ac de eo cogitemus, quo pacto tantùm non *Imperii* hostibus obviàm euntes patriam pacaremus, sed etiam, diversis *pacis Religiosæ* emergentibus interpretamentis, ne *Imperii Ordines* acerbiùs inter sese committantur, præcaveremus, utique hanc declarationem præsentē, in pacificatione tàm *Religiosæ*, quàm *prophanæ*, fundatam, diutiùs suspendere, atq; extrahere, non sustinuimus Maximè, cùm ab *Electoribus* nuper apud *Mülhusium* congregatis, admoneri nos contigerit, illud curæ, atq; in oculis, esset, quo, sub reductione melioris confidentiæ, gravaminibus illis, secundùm constitutiones *Imperii*, tabulasq; *pacis Religiosæ* & *Prophanæ*, in puncto, & terminis, ut vocant, submissionis, decisio locum haberet, nemoq; ex *Ordinibus* oneraretur. Accedit, ipsomet *Protestantes* professos fuisse, gravamina id genus minimè videri nova, sed toties repetita. Vt & illos, quorum interest, sufficienter audiri contigerit; Vt insuper jam pridèm, sub *Anno M.D.LXXVI. Maximiliano Imp.* conceptis verbis indicârint, haud quidē opus esse, unius, vel alterius, ut partis, consensus accedat, ut in *Imperatoris*, tanquā *Imperii* capitis, absoluta hæc vertātur potestate. Illius igitur officii *Cæsarei* hic interesse, illud omne, quod ad tollendā è medio diffidentiam, noxamque, pertinere, juxtaque superioribus *Imperii* statutis congruere, videbitur, providere. Et sic quidem à *Protestantibus*. sub *Anno M.D.LIX. Ferdinandus Cæsar* interpellari, urgerique, cœpit, verbis illis conceptissimis, ità quidem cum gravaminibus comparatum esse; hæc ut absque difficultate, è nudo *Pacificationis Religiosæ* contextu, decidi ament.

Tametsi igitur nobis nihil gratius accidere potuisset, quàm ut quibuscunque illis difficultatibus *Cæsarea* hac

hac decisione nostra satisfacere liceat: nihilo-minùs, monente supra *Collegio Electorali*, ad ista potissimum respiciendum venit gravamina, super quibus: intuitu submissionis, ut vocant, scrupulus restaret nullus. Atq; hujus quidem notæ illi sunt, qualia, vel absque ulla Iuris submissione, luculentis *Religiosæ Pacificationis* litteris cōtinentur. Tùm, quorum decisio, ad repruducendam pacem universalem, potissimùm est necessaria. De cæteris, quod restat, sic quidem est, ut proximâ quâque opportunitate satisfieri debeat.

Secundùm hæc, adversùs tàm *Imperii*, quàm *Religiosæ Pacificationis*, leges, odiosa, an ociosa, movetur controversia. Utrùm id genus *Episcopatus*, *Monasteria*, & *Præsulatus*, sub jurisdictione *Principum*, *Ordinumque*, posita, sub *Pace Religionis* contineantur. Et utrùm illis, quibus competit jurisdictio territorii, competere possit, liceatque juxtà, simulatque *præsulatus* illos invadere, *Religionem* mutare, bonaque ecclesiastica, sua pro libidinatione, alios in usus convertere?

Ad hasce interrogationes, & quòd non liceat *Præsulatus*, tametsi *Imperio* immediatè haud subjectos, sic quidem invadere negativè respondetur ex ipsis *Pacis Religiosæ* tabulis. In quibus disertissimis verbis cautum est, *Augustanæ Confessionis Status*, antiquam *Catholicā Religionem* profitentes, tàm *Ecclesiasticos*, quàm *Seculares*, tàm quà *Religionē*, *Fidem*, & *Ceremonias*, quàm *Capitula*, & *reditus*, nullo facto turbarent, tametsi usuveniat, *Præsules* sedē, ac familiam, aliò transtulisse. Iā verba *pacificationis* illius non ad illos *Episcopatus*, ac *Monasteria*, tantùm, cujusmodi ad *Imperium* immediatè spectant, restringenda, sed ad istos simulatque *Præsulatus*, sub jurisdictione *Protestantium* sitos, extentēda venire hoc *Imperii Acta*, ac *Prothocolla*, loquuntur. Ut ex ipso *Pacificationis*, allegatæ cōtextu clarius esse queat nihil. Ità enim verba habent: Etiam *Præsulibus*, tametsi extrà territorii fines sedem, ac familiam, alentibus, nihilominùs eo è territorio reditus pendendos esse. Maximè verò idem vel exindè dilucescit, dùm simulatque cautum est, ne suspensio *Iurisdictionis Catholicorum* in

Protestantes quicquam *Ecclesiasticorum Electorũ, Principum* & *Ordinum*, itemque *Collegiorum*, & *Cœnobiorum*, sive proventibus, sive reditibus, sive juribus aliis quibuscunque, derogaret. Hic enim idem, quod *Imperii Ordinibus*, tributum, *Collegiis Cœnobiisque*, tribuitur. Ut omninò hoc statutum cum recessibus *Imperii Anni M.D.XLIV.* coincidat. Tùm quoque *Pacificationis* articuli alio loco evincunt, ut, dùm illi *Episcopatus*, & *Monasteria*, quæ immediatè ab *Imperio* dependent, ab istis, qualia intrà aliorum territoria habentur, separantur, unum quodque eo loco, atque ordine, quo quidem antè transactionem *Passavinam* fuisset, jam, deinceps, maneret, deque eo infestari haud deberet.

E quibus perspicuum evadit, eos *Episcopatus* & *Cœnobia*, mediatè ad *Imperium* pertinentia, & post *pacem Religiosam* intercepta, à *Protestantibus* nullo jure sibi vindicari, *Religionemque* mutari, sustineri. Monstrent igitur sive locum, sive articulum, intrà *Religiosæ Pacificationis* paginas, extantem, quo *Protestantibus*, ut *Præsulatus*, & *Cœnobia*, ad se rapiant, indulgetur.

Proindè, si tàm secundùm *Canonicas*, quàm *civiles*, leges, pacisque publicæ sanctiones, judicandum fuerit, nemini permittitur, alterius bona ut diripiat. Tantum abest, ut bonis ecclesiasticis vim inferat, cujusmodi soli *Deo*, & *Ecclesiæ*, juxtà fundationis canonem, debentur. Undè, sicut alio ex articulo, fit manifestum, bona illa *Ecclesiastica*, tametsi intrà jurisdictionem *Protestantium* sita, ad illos haud quaquam spectare. Neque obstat vel hoc: Dum *Pacificatione Religiosa* continetur, *Protestantes* neque sua in confessione, ceremoniis, ritibusque, ecclesiasticis, tàm suis in finibus jam natis, quàm deinceps introducendis, impediendos esse. Ergone illis, quod nonnulli prætendunt, licebit in *Cœnobia*, jurisdictioni suæ subjecta, grassari, *Religionemque* enovare? Tametsi autem id genus *Monasteria*, quoad respectum secularem, domino territorii obsecundarent, nihilo-minùs indè in res ecclesiasticas

licas istis dominium non permittitur. Sicut neque hoc quidem sequitur: Nempè *Pacificationem Religiosam* inter *Imperii Ordines* coiisse. Ergò id genus *Collegiis, Cœnobiisque*, jus processus, quod vocant, denegandum esse. Cui enim obscurum foret, *Præsulatus*, & *Monasteria*, sub aliorum *Principum Ordinumque*, territoriis sita, nihilo-minùs, unà cum cæteris *Catholicis Imperii Ordinibus*, inclusivè sub *Religionis pacificatione* contineri atque id in possessionibus suis turbanda non esse?

Pari passu per hoc *Imperium* notorium extat, nonnullos è *Protestantibus*. adversùs ipsa *Religionis pacificationis* verba deliquisse, Quibus evidenter cautum est, si accidat *Archiepiscopum, Episcopum* t *Præsulemque*, aut alium ex *ordinibus Ecclesiasticis* quemcumque, ab antiqua hac *Religione Catholica* nostra recedere, tùm ille simulatque *Archiepiscopatum*, *Episcopatum*, *Præsulatumque*, una cũ reditibus quibuscunq; eâdẽ operâ absque ulla tergiversatione, resignaret, absque eo tamen, ut honoribus illud suis fraudi esse debeat, Iam, quis ignorat, plures, post juratam *Religionem Catholicam*, modò non *Episcopatus*, *Præsulatusque*, unà cum reditibus, hûc usque detinuisse, sed etiam aliis insuper; qui nunquam *Ecclesiastici* fuerunt, ad hos *Episcopatus Præsulatusque*, aditum præbuisse? Et ne in tanta luce absque prætextu agerent, color hic illis quæsitus est:. Nempè præsentem articulum *Pacis Religiosæ* particulã non esse. Siquidem eam in conditionem nunquam promisissent.

Cum hoc autem articulo, (quem vocant reservatũ *Ecclesiasticum*) sic quidem est comparatum: Nempè *pax Religiosa*, inter utriusque *Religionis Electores*, ac *Principes*, præeunte voluntate, & electione, liberrimâ, pacta, conclusaque est, ut, sub religiosis juris jurandi verbis, ab omnibus compromissum tùm fuerit, hanc *Pacificationem* secundùm omnes clausulas, ratam, sanctamque, fore. Vt sic antecessores nostros, nosque ipsos, sub *Electionis*, ac *Coronationis* capitulationibus, ad

hanc *Religionis Pacificationem*, absque ulla reservatione, astringi usuvenerit.

Præterea, *Imperii acta*, sive *Adversaria*, super *pacis Religiosæ* tractatione, hoc perhibent, nimirùm super hoc articulo ab initiis inter *Catholicos*, & *Protestantes*, magnas fuisse dividias, ita ut *Protestantes* hanc in clausulam promittere repugnârint. Sed cum ex adverso recepissent *Catholici*, fore, ut citiùs universam *pacificationis* tractationem annihilarent, antequàm ab hac essent recessuri clausula, factum, ut *Protestantes*, moderationem rogantes, adjectis aliis cautelis, hunc rigorem frangere conarentur. Nempè super eo puncto, utrinque natas esse discordes sententias. Itaque, illis, quicunque hac lege deinceps ab *Episcopatibus* decessuri essent, nota non inureretur, neque invidiosum, at inhonorificum, foret. Vt etiam præsens reservatum futuris super *Religionis* negotio transactionibus derogare possit nihil. Has in conditiones consensit tùm *Ferdinand. Imp.* Factumque, hoc ut reservatum in *Pacificationis* codicillos referretur atque. absque ullius contradictione, publicaretur. Tametsi ergò, insequenti *An. M.D.LVI.* ut & *An. M.D.LVII.* itemq; *M.D.LIX.* *Protestantibus* in mentem venisset, per viam protestationis contravenire velle; nihilo-minus *Paci Religiosæ*, tanquam sub juramento confirmatæ legi fundamentali, nihil derogavit.

Eo enim jus *Catholicis* acquisitum infringi ampliùs haud potuit. Vt neque *Ferdinandus*, neque *Maximilianus*, neque *Rudolphus Impp.* quantumvis à *Protestantibus* toties interpellati, rogatique, in rescissionē superioris clausulæ permoveri, pertrahique potuerint.

E quibus omnibus caussa nobis suppeditatur ampla, antecessorum nostrorum placitis, ac decretis, ut inhæreamus. Dum, quibus illa fundamentis nituntur, ex prioribus actis, litterisque ipsis, pro se loquentibus, nobis innotescit. Et sic quidem *Protestantibus* ansa nulla datur, ut solidas rationes protestando obijcere possint, præsertim, cùm hæc clausula neque honoribus, neque

neque conscientiæ, illorum imponere satagat. Super famâ enim,& honoribus,conservandis ipsimet præcaverunt; Vt conscientiæ magis prospectum sit. Nam neutra super eo fundari cœpit *Religio*,tanquam hoc necessarium foret,unusquisq; ut *Episcopatus*,reditusque, hæreditarios facere, ac possidere, debeat. Neque illa verba,reservato Ecclesiastico inserta, quæ de eo loquuntur,utriusque *Religionis Status*,super ea clausula, concordare non potuisse, militant. Obstat enim, ac præponderat,manifesta tàm utriusq; *Religionis Statuũ* compromissio, quam *Pacis Religiosa*, sub juramento facta, totius illius transactionis confirmatio Sic usuvenit,ut ea propter,quòd partibus non conveniret,hic articulus ad *Ferdinandi Imp*. decisionem rejectus sit. Qui cum sententiam dixisset , partesque desuper, ut vocant,submisissent, ea decisio ab hinc *Religionis Pacificationi* inserta est Vt porrò tanquàm lex & constitutio,*Imperii* ab omnibus *Imperii Statibus* confirmata publicataque.sit.

Denique illud quoque opponi velle videtur:Etiam subditos *Imperii Statuum* sub *paceReligionis* contineri, neque diversæ confessionis respectu exterminari posse,Quo nomine sequentem allegant articulum,sic,inter cæteros,habentem.

Si quis subditus,*Religionis* caussâ,emigrare,alibiq: sedem figere,velit,ei hæc emigratio , bonorumq; immobilium venditio,sub tolerabili recognitióne, citrà contradictionem liceret.

Sed altioris illud,quod sequitur,est indaginis. Particulariùs enim *Protestantes*, pro subditis, apud *Ferdinand.Imp*. sub fine comitiorum *An. M*D LV. intervenerunt,pateretur *Cæsar*, sub decreto publicare, subditos illos,*Confessioni Augustana* addictos,sub magistratibus *Catholicis* absque *Religionis* suæ impedimentis, tolerandos esse Verùm enim verùm *Imperator*, super hoc articulo,*Acta pacis Religiosa* excutere jussit, invenitque, ab initiis quidem hunc canonem acerrimè ventilari contigisse Vt *Protestantes* seriis verbis contenderint,subditis etiam sub *Catholicis Statibus* inco-

lenti-

lentibus, exercitium *Confessionis Augustanæ* sartum, tectumque servandum esse. Vt hæc clausula postliminiò *pacificationi* illi inserenda foret. At tantùm abfuit, ut *Catholici* hoc ratum haberent, ut citiùs, si subditis suis hoc permittere debeant, totius transactionis negotium ejurare velle, præ se ferrent.

Nihilo-minus, *Protestantibus* conscientiarum libertatem instanter urgentibus, tandem *Catholici* hoc largiri cœperunt, nimirùm liceret eo fine subditis liberè emigrare. Ità accidit, ut missâ hac clausula, transigeretur. Prout hodieque *Religionis Pacificatio* loquitur. Immò verò, usque eò curiosa cum sedulitate hic articulus ventilari cœpit, ut diu super eo disceptatum sit. Quousque tandem ordo *Equestrium*, quos vocant exemptos, *Civitatesque Imperiales*, sub hanc *Pacificationis Religiosæ* clausulam admissi sunt. Id quod minimè facto fuisset opus, si absque eo aliâs subditi omnes, ac singuli, *Religionis privilegio* gauderent. Proindè, subditis *Religionis* exercendæ facultas nulla, sed ejus loco jus emigrandi, obtigit. Et si maximè *Religionis* exercendæ libertas subditis tùm quidem fuisset indulta, quid caussæ esset, ut *Protestantes* hanc immunitatem postliminiò, sub decreto, ab *Imperatore* flagitarent? Id quod decretum cùm neque intrà *Pacis Religiosæ* canones contineatur, neque unquam *Cameræ Spirensi* intimari cœperit, neque superiores *Imperatores*, tametsi toties rogati, *Paci Religiosæ* inserere passi sint, neque *Catholici Status*. (quod *pacificationi Religiosæ* hoc derogaret) admittere voluerint: proindè, sic quidem est, ut nos quoque, ratione decreti allegati, saltum facere, ac *Pacis Religiosæ* canones transilire, ne possimus quidem.

Ex illis nunc ordine deductis tribus articulis cardinalibus, hisce inpræsentiarum decernimus, ac declaramus: Primùm, caussam *Protestantibus* esse nullam, de eo vel conquerendi, vel gravamina allegandi, dùm *ordinibus Ecclesiasticis*, *Imperio* mediatè subjectis, super interceptis bonis Ecclesiasticis, vel apud *Aulam nostram Cæsaream*, vel *Cameram Spirensem*, quiritantibus,

bus, via juris, & processus, aperitur, immò & sententia, & executio, indulgetur. Potiùs est, ut, ex adverso, *Status Catholici* jure conquerantur, caussamque *Ordinum Catholicorum*, ad *Imperium* mediatè spectantium, foveant. Dùm illis *Cœnobia*, & bona ecclesiastica, tempore transactionis *Passaviensis*, vel postmodùm, possessa, adversùs *Pacem Religiosam*, intercipiuntur. Ut desuper, tanquam *Pacis Religiosæ* essent exules, omnibus juribus priventur, bona verò, è diametro tàm contra, fundatoris intentionem, quàm *Pacis Religiosæ* canones, proprio motu, vique injectâ, distrahantur.

Pro secundo *Articulo*, pari tenore pronunciamus, *Protestantes* non habere, ut jure conquerantur, suæ *Religionis* socios, *Episcopatus*, sive *Præsulatus*, *Imperio* immediatè subjectos, jam tùm tenentes, sive deinceps sectantes, à *Catholicis Statibus* pro *Episcopis*, & *Præsulibus*, non haberi, nedum, sub *Imperii* comitiis, jus *sessionis*, ac *suffragii*, mereri, ut etiam tàm *Regalibus*, quàm *feudis*, excidant. E contrario, *Catholici*, intuitu reservati illius ecclesiastici, jure meritoque, quiritium fidē, ut aiunt, implorant, nempè indignū esse, ut *Episcopi*, ac *Præsules*, à *Catholica Religione* recedentes, nihilo-minùs *Episcopatus*, ac *Præsulatus*, detineant, juraque, ac privilegia, dùm *Catholici* essent, quæsita, sine missione, continuent, ac sic quoque *Imperii Status* nominari velint. Quibus accedit, istos insuper, qui neque *Catholici*, nedùm *Ecclesiastici*, fuissent, nihilo-minùs in *Episcopatus*, *Præsulatusque*, sese intrudere. Id quod quidem nihil esset aliud, nisi ut cum tempore, quantum in ipsis est, & universus *ordo Ecclesiasticus*, & unà *Religio Catholica* pari passu, subvertatur, atque è medio tollatur.

Sub Articulo tertio, quorundam *Ordinum Protestantium* gravamina pondere suo destitui, deprehendimus. Dùm hoc prætenditur, tanquam *Catholicis Ordinibus* non liceret suis sub territoriis subditos suam ad *Religionem* adigere, aut, præeunte lytro, ac recognitione,

tione, exterminare, aut etiam, ne ad exercitia *Augustanæ Confessionis* foris obeunda excurrant, inhibere; Cum *Protestantibus* è contrario hæc essent licita. Sed ità se res habet, ut *Catholici* meritò conquerantur, sibi quoad *Religionem* propriis sub territoriis leges præscribi, subditosque hoc pacto à *Magistratu* ad defectionem solicitari, velle. Atque hoc ipsum gravamẽ ex partibus *Catholicorum*, eò urgentius esse, dùm *Protestantibus* velut persuasum foret, tanquam inter *Catholicos*, & *Protestantes*, diversissima interveniret juris ratio, ut, dum *Protestantibus* subditos ad *Religionem* adigere, ac refractarios eliminare, liceret, idem *Catholicis* non liceret.

Quibus cùm nunc gravamina potissima satis sint declarata, indicatumque, atque in medio, extet, utra pars jure, ac meritò, conqueri sustineat: proindè, hoc ad *Cameram Imperialem* spectat mandatum nostrum, deinceps, super hac præsenti declaratione nostra, si id genus casus accidant, cujusmodi hac sub decisione continentur, citrà ullam disceptationem, jus dicerent. Et siquidem spolia, ac turbationes, nempè *Episcopatuum*, sive *Præsulatuum*, occupationes, adversùs canones *Pacis Religiosæ* pluribus sub locis, essent manifestissimæ, ut ex nullis aliis legibus, jurisque regulis, quam *Pacis Religiosæ* paginis, aliorumque *comitiorum* decretis, absque controversia, decisio peti debeat, ut magis parti læsæ realis executio debeatur. Hac de re. pro *Pacis* tàm *Religiosæ*, quàm *Prophanæ*, conservatione, stat sententia, *Cæsareos* nostros legatos proximè per *Imperium* dimittere, & id genus *Archiepiscopatus*, *Episcopatus*, *Præsulatus*, *Cœnobia*, aliaque *bona Ecclesiastica*, quæ vel temporibus induciarum, transactionisque *Passavinæ*, vel post, sub manibus *Catholicorum* fuissent, illegitimo more intercepta, à detentoribus repetere, velle. Quo sic immissis personis idoneis fundatorum institutis satisfieri, & unicuique jus suum ex æquo, citrà circuitus, constare, possit.

Quo loco etiam hoc quoque statuimus, ac decernimus, nempè sæpenumerò allegatam illam *Religionis*

Paci-

Pacificationem, antiquam *Catholicam Religionem* profitentes, juxtàque *Confessionis Augustanæ* incorruptæ, nostroque antecessori *Carolo V. Imperat.* oblatæ, axioma tenentes, tantùm concernere. Ut sectæ omnes reliquæ, aut nunc nascentes, aut porrò prorupturæ, ab hac transactione omninò, ac penitùs, essent exclusissimæ, neque ullo pacto tolerandæ.

Proindè, ad omnes *Roman Imperii Electores, Principes, Ordinesque*, tàm *Ecclesiasticos*, quàm *Seculares*, præsens hoc nostrum spectat mandatum sub pœna *Religiosæ*, quàm *publicæ*, pacis, nollent huic *Edicto* repugnare. Sed potiùs per provincias, ac regiones, suas sive tergiversatione, illud in effectum deducerent. Pari operâ legatis nostris *Cæsareis* auxilio essent. Illis verò, quicunque id genus *Archiepiscopatus, Episcopatus, Præsulatus, Cœnobia*, aliaque *bona Ecclesiastica* demorantur, ut quamprimùm, ab hujus Cæsarei edicti intimatione, ad petitionem legatorum Cæsareorum, Archiepiscopatus, Episcopatus, Præsulatus, itemque Monasteria, & cætera ejus generis bona ecclesiastica, unà cùm reditibus, & pulvisculo absque recalcitratione, tradant, authores accederent. Quod si contingat, illos huic edicto non esse audientes aut tardos, somnolentosque, tum pœnam, pacis religiosæ diplomate contentam, nec non proscriptionis fulmen, illis debebitur. Ita ut, citra ullam aliam sententiam, damnationemque, manifestæ hujus inobedientiæ caussâ, ipso facto, omnibus privilegiis, juribus, ac concessionibus, privandi veniant. Ut etiam realem executionem quam primum in actum deducere nobis sit conclusissimum.

* * *

PACIFI-